⁹) Jes. 37, 34. ¹⁰) Tit. 3, 10 ff. ¹¹) 2. Kön. 19, 35. ¹²) Jes. 37, 36 ff.

¹³) 601, 29. ¹⁴) Walch 2: „besonders die, denen Unrecht geschehen ist“.

occurrentem. Alioqui tu et tuae religionis homines aliique in ecclesia, dum instituta sua servant, utiliter diffusi et dilatati, qua ratione subsistere possint, non video. Sunt iura pontificia, sunt leges principum, haec imitari non dedignantur, sunt talium in gymnasiis christianis autoritate
 450 ipsius probati interpretes, sunt et iudices executores. Nonne haec omnia pro christiana pace, bonorum tuitione, vindicta vero malorum¹, rata habet et grata, ut supra, nisi tu^a universa ea semel conculcanda putes? Quasi non et^b ab ecclesia in generalibus conciliis eo praesidente formata sint, aut forte ecclesia non in iis, sed eis, quos seismaticos et haereticos
 455 pingis, asseri debeat? At ea, quae praedicta est a Christo fundata, usque ad saeculi finem necesse est permaneat. Quod si vel in praemissis vel aliis aliqua quaecunque exorbitanter fiant, non approbem ego. Neque vero^c hic de moribus, sed iuribus agitur. Hinc, crede mihi, restituendi ea non est via regia, ius infringere velle.
 460

Alia pleraque scribenda occurrunt. Sed nunc, ne prolixior fiam, ad illud Apostoli: 'Qui cum in forma Dei esset', ad Philipp. 2. veniendum. Ubi si quis ea, quae pro tua assertionem versas, ad hunc locum referat, eundem nedum non clarum et ad intentionem patrum, hoc est, haereticorum confutationem commodissimum, verum omnes eos abusive ipsum
 465 citasse, torsisse ac violenter traxisse veluti obscurum et incertum, dicere te velle videbit.² Nam de eodem dieis³, posse ipsum ad divinitatem trahi, nec te peccare credis⁴, quod in textu obscuriore aliquo (cum de hoc statim praemiseris) a patribus dissentias. Adducis autem et locos alios veluti
 470 similes, in quibus, ut vis, defecerint patres⁵, de iisque profers ea, quae dixi, alia, ut hunc aequè impertinenter induxisse eos, te vero rectius exposuisse ostendas, praesertim (ut loqueris⁶) si verba considerentur. Doleo nimirum in textu tam nobili et contra haereticorum perversitatem
 475 tam aperto ab omnibus te discedere. Aperto inquam, quod indubitatum sit omnibus, etiam Erasmo, quem te secutum fateris⁷, de divinitate eum^d intelligendum, quem tu de formis creatis intelligi debere conaris astruere. Id quod in literis prioribus iam dixi.⁸ Etenim litera Apostoli non habet
 'in formis' Dei, quasi pluribus, sed 'forma' Dei, quae una est ipsius essentia, aequè ut illa impartibilis nec utique^e plurificabilis. Deinde in reliquo
 480 nec patrum sententiae praeiudicare se velle fatetur Erasmus.⁹ Est denique

a) et 2. b) et fehlt 2. c) ? 1: 20; 2 läßt dieses Wort aus. d) illum 2.
 e) uti 2.

¹) Röm. 13, 4. ²) „Wenn jemand . . . mit dieser Stelle vergleicht, so wird er sehen, daß Du sagen willst, daß sie nicht nur nicht klar und nicht für die Absicht der Väter . . . sehr geeignet sei, sondern daß alle sie mißbräuchlich zitiert und verdreht haben.“
³) 603, 75f. ⁴) 602, 68f. ⁵) 602, 60 ff. ⁶) 602, 68. ⁷) 602, 47.
⁸) 583, 276 ff. ⁹) Annotationes in N. T.

hic locus sic certus, ut nec ipsi (contra quos sancti eodem invincibili trophaeo perusi sunt) haeretici, quamvis calidissimi catholicae veritatis insidiatores, aliter quam de forma deitatis accipere ipsum potuerint, nec ausi fuerint in hoc sanctis contradicere, ipsorum verborum evidentiā
 485 convicti, quamquam deitatis Filii formam aliam esse quam Patris deblaterarent, gradus in divinis ore blasphemus ponentes. Quod ita se habere, gravissimus autor Augustinus inter alia multa, libro primo contra Maximinum¹ (qui episcopus Arrianorum habitus, totam eorundem perditissimam sectam in haeresi tam funesta defendendam suscepit) refert eundem sic
 490 dicere: 'Certum est, quod Apostolus ait: qui cum in forma Dei esset; quis enim Filium Dei esse in forma Dei neget? quod enim sit Deus, quod sit dominus, quod sit rex, iam puto (inquit Maxi[minus]) longius exposuimus. Et quia non rapinam arbitratus est esse se^a aequalem Deo, hoc nos beatus Apostolus instruit, quod ille non rapuit, nec nos dicimus' etc.
 495 Quae libro 2. contra eundem cap. 5. sic repetit Augustinus²: 'Quinto loco ostendi, unde maior sit Pater Filio: quia non Deo maior est, unde illi coaeternus Filius est; ibi commemoravi apostolicum testimonium: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arb[itratus] est esse se aequalem Deo. Natura quippe illi fuerat Dei aequalitas, non rapina. Ad quod tu respondens dixisti: Quis enim negat, Filium esse in forma Dei? quod enim^b sit Deus, quod sit dominus' etc. ut supra. Subdit Augustinus³: 'Haec verba tua non solum nihil habent adversus nos, sed magis apparent esse pro nobis. Si enim confiteris Dei formam, cur non aperte Dei Filium Deo confiteris aequalem? Praesertim quia de verbis Apostoli, ubi ait:
 505 non rap[inam] arb[itratus] est esse aequalem Deo, non potuisti pro tuis partibus invenire, quod diceres' etc., quae ibi B. pater prosequitur superbum illum haeticum expressius confutando. Tu vero sic contra niteris, ut alicubi dicas, magistros theologiae intelligentiam eius loci non habuisse, qui scilicet eum ut sancti acceperunt, quos hic tam Graecos (in quorum
 510 lingua ab Apostolo editus est) quam Latinos, graecarum non expertes, torsisse eum et tractum in hanc, quam ipsum habere dicunt sententiam, affirmas. Praeterea hunc sic a te defensum comparas ei, qui pro primatu Sancti Petri a patribus adduci consuevit, Matth. 16. scriptum⁴, dicens⁵, ipsum ad divinitatem posse trahi, sicut Petrus ad petram a multis ducitur.
 515 Obsecro te, attentius cogites, et, sicut in hoc Apostoli loco lapsus te vides, sic et in eo, cui ipsum comparas, labi te videbis. Nam falli te longe possibilis seu credibilis quam patres, maxime autem quam oecumenica

^a) se fehlt 2. ^b) etiam 2.

¹) *Collatio cum Maximino Arianorum episcopo § 15 (Migne 42, 732). Vgl. Bd. 1, 589, 463.*

²) *Contra Maximinum Arianorum episcopum lib. 1, c. 5 (42, 746). Vgl. Bd. 1, 587, 393.*

³) *ibd. (747).*

⁴) *Der folgende Acc. c. Inf. wirkt vor.*

⁵) 603, 75f.

concilia, spero tandem nec abnues. Semper ergo ecclesiae (in cuius medio Christus est) obtemperandum magis, quam propriis haerendum sententis, in rebus praecipue fidei, pro fraterna charitate instanter tibi suadeo; 520 quod si persuasero, certus sum, nec te poenitebit. Quis enim scit, pro quo (etiam tuo¹, si^a assentiaris) profectu hanc temptationem super te Deus permiserit; at nihil periculosius, quam proprio sensui nimium fidere. Est enim via, quae videtur homini bona² etc., de quibus alias fortasse.

De aliis autem, quae verbi gratia adducis³, quamvis dissimilibus, 525 quidvis sentiam. Opinor quidem te accipere, quanta sit (ut tactum est) ecclesiae autoritas. Ea ergo dum loco aliquo ut certo utitur, pro tali nimirum (etiam si in alia lingua fortassis aliter haberetur) filii eius, quales ipsi patres obsequentissimi certe fuerunt, cur non fidenter utantur, contra eos praesertim, qui locum istum ut authenticum admittunt? Et 530 insuper eiusdem sententiae alibi in canone Scripturae ligna illa, unde sumpta est translatio, similis habeatur.⁴ Spiritum enim Christi non minus veracem in ecclesia esse et permanere, quam in canonicorum librorum editoribus, quis fideliter sentiens ullatenus dubitare possit? Cui scilicet Christus paraclitum eo misit promisso, ut cum ipsa in aeternum sit 535 permansurus.⁵ At qua ratione editores illi priorum fidelium^b dicta citaverint, iam adnumerando verba, iam sensum, iam dicta ab uno vel in uno loco, sub nomine et titulo alterius, in D. Hieronymo ad magnum oratorem Romae⁶ et similibus, qui volet, legere potest. Non quod privatis aliis quibuslibet scripturis hoc concedam, sed ecclesiae, cuius et editores 540 illi sacrorum membra fuere, hancque delegatam a Christo habuere provinciam.

Nunc ergo de loco illo, quem pro simili, quamvis, ut supra dicitur, dissimili, primo adducis⁷: 'Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te', quod non de 545 Christi divinitate dictus sit, nec de ea quidem possit intelligi, et tamen eum velut summum et inter prima argumenta patres contra Arrium agitaverint etc., quae dicis. Quid, si ostendatur eum ipsum nec secus quam de divinitate intelligi posse? Primo non negabis, credo, psalmum, unde versus ille sumitur, ad literam de Christo esse, cum Apostolus primo 550

^a) etiamsi tuo 2. ^b) siliū 1.

¹) „zu welchem Vorteil (auch für Dich, wenn Du zustimmst)“.
²) Spr. 14. 12. ³) 602, 60 ff. ⁴) „Wenn sie (die Kirche) eine Stelle als sicher benutzt, warum sollten dann ihre Söhne, wie die Väter solche und zwar sehr gehorsame gewesen sind, nicht getrost sie (die Stelle), auch wenn sie in einer andern Sprache vielleicht anders lautete, als solche (d. h. sichere) benutzen, besonders gegen die, die die Stelle als zuverlässig zulassen? Und oben-drein mag eine ähnliche (Stelle) desselben Sinnes anderswo im Kanon der Schrift in der Sprache, aus der die Übersetzung genommen ist, zu lesen sein.“
⁵) Joh. 14. 16. ⁶) ep. 70 (Migne 22, 664), was aber kaum paßt. ⁷) 602, 49.

et 2. ad Hebraeos¹ ex eodem pro Christo citet. Et ipse Dominus de se ipso dicit Pharisaeis, Matth. 21²: 'Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est?' Quibus respondentibus: 'David', ait illis: 'Quomodo ergo David in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit Dominus domino meo' etc.

555 Iam quod Burgensem citas cum Lyra³, qui scilicet tecum sentientes ex eo non sint^a haeretici: ubi, quaeso, in iis ostendes, quae promittis? Nam Lyra versum hunc, ut iacet, de divinitate bene et notabiliter exponit, dicens: 'Per hoc, quod est: Tecum principium, ostendi aequalitatem Filii ad Patrem, simul et personalem distinctionem iuxta id Ioan.: In principio

560 erat Verbum etc. Coaeternitatem etiam et consubstantialitatem per id, quod sequitur: ante Luciferum genui te etc.' Etsi autem de hebraeo etiam textu subdat, per haec^b illa ne vel minimum infirmat, nec retractat. Deinde dicit chaldaeam translationem (quae apud Hebraeos textui aequiparatur) sic habere: Dixit Dominus Verbo suo, quod est apud catho-

565 licos Filio in divinis; nec abnuit Burgensis. Hinc quod de Hebraeis tu dicis, quid facit hoc contra ecclesiam vel patres, quo minus stet eorundem contra haereticos catholica expositio? cum sic habeat litera Romana et Gallicana, Hieronymi quoque et conciliata, imo et Graeca, quae secundum ipsum D[ivum] Hieronymum est septuaginta duorum, qua apostoli usi

570 sunt et eam probaverunt, ut idem ad Damasum⁴, summum ab eo sacerdotem appellatum, explicuit. Et, quod maximum est, ita etiam in divino officio Graeca et Latina (ut ipse fateris⁵) observat ecclesia. Sic ergo nec aliter intelligi potest versus ille, ut iacet utque eum adiicio, quam de Christi divinitate; ut sint verba Patris aeterni ad Filium coaeternum ex

575 substantia sua, ex utero scilicet, ante Luciferum, atque per hoc ante omne tempus genitum, quippe per quem omnia facta sunt; nam Lucifer sicut et omnia alia astra ab eo facta sunt cum caelo, a cuius motu tempus numeratur. Quod in simili Ps. 71 (qui et ipse ad literam de Christo est) habetur, ibi⁶: 'Sit nomen eius benedictum in saecula, ante solem permanet

580 nomen eius'; et alia ibidem ad divinitatem pertinentia. Lucifer enim cum sole magis aequaliter in propria volvitur sphaera.^c Ubi et Burgens[is] nomen ad filiationem pertinens in Hebraeis haberi testatur, quod idem dicit libro, qui Scrutinium Scripturarum praetitulatus est, parte prima dis. 9. c. 10.⁷ Habes etiam simile eius, quod sequitur⁸: 'genui te', in Isaia, quando dicit⁹: 'Generationem eius quis euarrabit?' quod de aeterna

585 nativitate Filii ex Patre exponunt, quamquam Hieronymus post similem

^a) sunt 2. ^b) hoc 2. ^c) spera 1.

¹) 1, 13. 10, 12f.? ²) 22, 42ff. ³) 602, 55. ⁴) ep. 18, 17 ff. (Migne 22, 372 ff.). ⁵) 602, 54. ⁶) v. 17. ⁷) In der Ausgabe o. O. und J. (Straßburg, Joh. Mentelin), Hain *10762, Proctor 223a (vorh. in Berlin St. und Leipzig U.) fehlt Blätter- und Seitenbezeichnung. ⁸) Ps. 2, 7 vg. ⁹) 53, 8.

expositionem hoc etiam de ipsius nativitate temporali ex virgine intelligi posse concedat, ne scilicet sacrae aedificationis discors compago non cohaereat¹; praemisit namque propheta etiam ea, quae sunt de Christi humanitate. Haeretici ergo, qualis fuit Arrius, quem inducis², et perfidiae suae sive Graeci sive Latini sequaces cum hunc textum ut ecclesia 590 legit et ipsi legant, quomodo non efficaciter et proprie contra eos is produceretur? quando iuxta Augustinum et alios cum infidelibus ex iis, quae de nostris accipiunt, veluti ^aprincipiis utrisque communibus disputari debeat. Hinc exemplum hoc proposito tuo quid conducit? Praecipue 595 tamen, quod adeo dissimile est, cum locus apostoli etiam in primitiva editione Graeca nec aliter habeat de forma Dei, quam ut sancti eo utuntur.

Secundum, quod adfers³ verbi gratia, est ex Geneseos primo [apite]: 'Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram'; de quo Augustinum notans ais: 'Quanta fiducia pro trinitatis assertione et pro 600 imagine, quae est in homine, eum tractat, cum neutrum (inquis) ex eo possit probari, quod in Hebraeo 'faciam' dicitur, non 'faciamus'. At etiamsi 'faciam' habeatur, non 'faciamus', non impedit hoc D[ivi] patris Augustini fiduciam. Attamen divus Hieronymus, hebraicarum adeo doctus, B[eatum] Augustinum veluti reponere visus, in explanatione 605 Psal. 89 ad Cyprianum (quem ecclesiastici eloqui veritate sic disserturum se insinuat, ut alio interprete opus non fuerit) hunc locum sic legit: 'Moyses, per quem Dominus^b legem dedit, cuius ore audivimus loquentem^c Deum: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram' etc. Qui etiam in Traditionibus seu Quaestionibus in Genesim, ubi promittit se 610 indicaturum, quid^d in nostris aliter habeatur quam hebraeis, de hoc loco nihil immutat. Legi autem^e et alium quendam hebraicarum peritissimum, qui locum hunc in hebraeis per plurativum^f enuntiari affirmat hoc tenore versum: Faciamus hominem ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram. Sed, ut dixi, non impedit Augustini fiduciam, quin ad 615 utrumque probandum efficax sit locus, etiamsi 'faciat' habeatur. Nam ibi singularis numeri cum plurali coniunctio unitatem essentiae cum pluralitate personarum in eodem catholico revera intellectu^g indicat, ut idem Burgen[sis], gente seu natione Hebraeus, late declarat libro quo supra dis. 9. c. 2. Ubi et dicit haberi in hebraeis 'Heloim', quod est 620 plurale eius, quod est 'Hel', quod deum significat. Ex alia etiam radice ostendit^h, a principio primi capituli Genesis significari trinitatem, cum in

^a) + de 2. ^b) Deus 2. ^c) legentem 2. ^d) quod 2. ^e) autem fehlt 2. ^f) plurationem 2. ^g) sensu 2. ^h) ostendit fehlt 2.

¹) „damit nämlich nicht ein mit dem heil. Bau (= nativitas aeterna) in Widerspruch stehendes Gefüge (= nativitas temporalis) zusammenhangslos dastehe“. ²) 602, 51. ³) 602, 60 ff.

verbo 'creavit' (quod et ipsum est singularis numeri) includatur verbum
essentiale, scilicet 'est' vel 'fuit creans heloim', id est, dii^a. Advertendum
625 autem, quod insuper hic additur 'nostram', quod aperte ad pluralitatem
personarum pertinet, sicut 'imaginem' et 'similitudinem' ad essentiae
unitatem. Hinc expositionem Lyrae pro illo passu de imagine trinitatis
in homine ipse Burgen[sis] comprobat, addens Magistrum¹ dis. 16. se-
cundi eandem facere^b expositionem, pro rato in iis omnibus habens
630 trinitatis imaginem, quae in homine est, atque per hoc utrumque prae-
fatorum ibi haberi. Quin et imaginem Dei in homine hic significari, nec
Hebraei etiam moderni negant, quamquam personarum pluralitatem in
divinis, hoc modo, quo catholica fides habet, caeci ac perfidi non accipiant,
quandoquidem Lyra expositionem eorum de imagine Dei in homine, penes
635 quaedam accidentalialia sumpta, fideliter narrat. Sive ergo 'faciamus'
legatur, sive 'faciam', quando ibi singularis plurali iungitur, scilicet
'Heloim' et 'nostram' cum 'imaginem' et 'similitudinem', habet Augustinus
et alii catholici sic exponentes propositum. Maxime (ut et in simili iam
praedictum est), quando per hoc cum haereticis de trinitate aliquid
640 sentientibus orthodoxe concertant, cum Iudaei sciant, creare non nisi Deo
competere, quod Burg[ensis] ex magistris eorum pulchre ostendit.

Ex iis, quid de tertio, quod exempli causa adducis², sentiendum sit,
facilius liquet. Quando enim notas omnes, quod ad substantiam Dei
referant illud Exod. 3³: 'Ego sum, qui sum', Burgen[sis] autem et Hebraei
645 hoc ad effectum auxilii aptari convincant, quia dicit: 'Ero, qui ero', in
futuro, iam praemissum est, eum dicere, in verbo 'creavit' (quod ad
effectum apertius pertinet) includi verbum essentiale 'est' vel 'fuit';
eiusdem autem inflexionis est 'Ero', et similiter substantivum probatur⁴,
sive in se futurus sit Deus (qui semper et ubique immutabilis est) sive
650 cognoscendus in effectu. Hinc quamquam nomen tetragrammaton⁵ pro
eis, quae ibidem sequuntur, haberi dicat Burgens[is], illique nomini magis
proprio convenire condiciones Dei, ut in se est, quam ei, quod dicitur
'qui sum', nusquam tamen hoc ipsum ad substantiam referri negat, sive
'sum' legatur, sive 'ero'. Sed imo affirmat in simili, ut iam praemissum est.
655 Lyra etiam asserit, per utrumque horum, scilicet: 'Sum, qui sum' et:
'Ero, qui ero' idem significari, scilicet aeternitatem, immutabilitatem et
essendi necessitatem, quae conditio Deo propria est et singularis. Nam id,
quod est 'sum', secundum omnem temporis differentiam de Dei substantia

a) dy 1. b) favere 2.

¹) Petrus Lombardus (*Ausgabe Lugduni 1618 lib. 2. p. 83*). Vgl. O. Baltzer, *Die Sentenzen des P. L. 1902, S. 58.* ²) 602, 63 ff. ³) v. 14. ⁴) „Zu derselben Konjugation gehört aber Ero, und es wird bewiesen, daß es sich gleicherweise auf das Wesen (Gottes) beziehe.“ ⁵) יהוה; vgl. *Unsre Ausg. Bibel 6, 583.*

in Scripturis dicitur, quod aeternitas omni tempori coasistit.^a De praeterito enim est illud¹: 'In principio erat Verbum'; de praesenti: 'Antequam Abraham fieret, ego sum', quod legisperiti Iudaei audientes, sustulerunt lapides², blasphemiam hoc habentes, nec credentes Christum Deum esse, qui tamen sciebant locum in Exodo. Nam et secundum Hebraeos futurum pro praesenti quandoque ponitur. Et de omnibus simul differentiis in Apocalypsi³ habetur: 'Qui erat et qui est et qui venturus est'. Adhuc autem et Burgensis expositionem illam secundum translationem nostram approbat. Est enim divi Hieronymi ad Marcellam de decem Dei nominibus, ubi sextum nomen Dei ponit^b 'Eser Esee'⁴, quod in Exodo legitur, 'qui est (inquit), misit me ad vos'. Et ad Damasum papam in epistola, quae incipit: 'Quoniam vetusto'. Et est Beatus Augustinus 5. de Trinitate et B. Thomas parte prima quaestione 13. 660 665 670

Dimissis aliis haec dicenda videbantur, ut videas sanctos non absurde exposuisse Scripturas in locis illis, neque tamen adhuc simile esse illorum ad eum, qui habetur ad Philipp. 2.⁵ Quod etiam Hieronymum^c contra Iovinianum, et Augustinum^d contra Pelagianos tot autoritatibus abusos esse dicis⁶, quando nihil particulariter adducis, transeo, nisi quod certum scio, ad comprobandas sententias principaliter intentas, hunc scilicet de virginitate coniugio praeferenda etc., et illum de gratiae necessitate etc., ex Scripturis apertissimas eos habere autoritates. Quod si causa ornatus vel dilatandae materiae vel alia quaecumque alia quaedam adduxerint, non erit hoc simile ad ea, quae dicta sunt de loco apostoli⁷, ratione praedicta. 680

Videtur autem tibi demum res illa papalis tractatu non necessaria⁸, contra vero mihi defendenda, eo quod (ut divus vult Hieronymus), si non sit caput tale, tot sunt futurae sectae, quot^e civitates etc. Quod si apud te non est ea res necessaria, precor te, quid tam tuo haeres sentimento^f cur non potius ei, quod definitum est, accedis? Ultimo finis d[ic]ens^g, Deum vivere. Scio. At non eis hoc pacto vivit, a quorum cordibus, iuxta apostolum¹⁰, Christus proscriptus est, sed ecclesiae, sed fidelibus membris eius. Horum enim Christus vita est, quibus et non deerunt, quae sane sentiant dicantque, eo ipso praestante.¹¹ In quo te cupio semper bene valere et charitative agere. Dat. etc. 685 690

^a) coexistit 2. ^b) exponit 2. ^c) Hieronymus 1. ^d) Augustinus 1.
^e) quod 2.

1) Joh. 1, 1. 2) Joh. 8, 58f. 3) 1, 4. 4) Ascher Ehejeh. 5) „und daß doch noch keine Ähnlichkeit zwischen jenen Stellen und der Stelle Phil. 2, 6 besteht“ (vgl. o. S. 18, 525. 543f.). 6) 602, 58f. 7) nämlich Phil. 2, 6. 8) 603, 82. 9) 603, 83. 10) Gal. 5, 4f. 11) „und ihnen wird nicht fehlen, was sie recht denken und reden sollen, während er selbst es dartut“.

Nr. 245.

Luther an Hieronymus Dungersheim.

[Wittenberg, Ende Januar 1520.]

Empfangsbescheinigung.

Da Dungersheim, in seiner Ausgabe des Briefwechsels von seinem 3. Briefe (= unfre Nr. 244) zu dem unsern übergehend, einfügt: 'Ad praecedentes immediate literas D. Martinus Lutherus brevissime sic respondit', so ist für diese Empfangsbescheinigung annähernd dasselbe Datum anzunehmen.

Drucke: 1. Aliquot epistole . . . p. 48. 2. Murifaber 1, 150^b. 3. Löfcher 3; 79. 4. de Wette 1, 221. 5. Enders 1, 478.

Egregio et eximio viro D. Hieronymo Dungerssheim de Ochsenart, S[acrae] T[heologiae] Doctori eruditiss. Lipsens. studii, suo in Christo suscipiendo.^a

Salutem. Longior est epistola tua, vir egregie, quam ut eam uno die perlegam et respondeam. Has autem ad te dedi, ut tabellarii tui testarer fidem, quod tuas mihi praesentasset literas, imo volumen. Ad easdem tamen respondebo alia die. Vale.

Martinus Luther, Augustinianus.

^a) *I hat am Schluß des Briefs: Erat autem superscripta, ut supra in aliis; 2—4 ohne Adresse.*

Nr. 246.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg], 31. Januar 1520.

Wird die Briefe „an die ihm bezeichneten Bischöfe“ heute oder morgen einreichen. Empfehlung des Briefüberbringers Jakob Gropp für die Pfarre von Lochau.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Murifaber 1, 232; de Wette 1, 397; Enders 2, 306.

Eruditiss[imo], integerr[imo] Viro Georgio Spalatino, Christi seruo, suo
in domino Maiori etc.

[Darunter von Spalatins Hand: Pro D. Iacobo Gropp Sueuo pro Parochia
Lochensi MDXX.]

Ihesus.

5

Salutem. Literas ad pontifices designatos¹ hodie vel eras tradam²,
mi Spalatine. Interim pro parochia, quod scripsisti, lochana expedio,
& hunc tibi hominem meo & multorum Iudicio idoneum mitto. Est
enim studiosus & doctus & bonus vir. Iacobus Gropp³ vocatur. Quominus
autem artium fieret Magister, sumptus penuria fuit in causa, atque aliud
nihil. poterit futuro anno hoc gradus quicquid est obtinere, si parochia
ista prouisus pinguior fieret. Proinde Magisterium non est visum mihi
impediturum, quando & scientia & moribus, tum sacerdotii functione
equat illius gradus viros. Quare eum tibi & per te Clementiss[imo] principi
commendo in nomine Domini. Amen. Vale & pro me ora^a. pridie Calendas
Febr. 1520.

Martinus Luther
Aug.

^a) ora <feria>.

¹) Gemeint sind die beiden Briefe an Bischof Adolph von Merseburg und Kardinal
Erzbischof Albrecht von Mainz vom 4. Februar (= Nr. 247f.). ²) Spalatin sollte
entscheiden, ob die Briefe in der eingereichten Form abgehen sollten. Luther sandte sie ihm
erst am 5. Februar (s. u. S. 30, 7). Oder heißt hier 'tradam': in die kurfürstliche Kanzlei
zur Reinschrift und Expedierung? Nach Luthers Brief an Spalatin vom 24. Februar
(s. u. S. 48, 6 ff.) wurden sie aber in zierlichster Reinschrift von Joh. Schwertfegers Hand
— also doch wohl von Wittenberg aus — abgeschickt. ³) Buchwald, Studien zur
Reformationsgeschichte und zur Praktischen Theologie, Kawerau dargebracht, 1. Teil,
S. 17 fragt: Ob identisch mit Iacobus Grob (bzw. Gropp) de Zelle, der in Merseburg am
9. April 1519 zum Diakon und am 23. April zum Priester geweiht wurde? Man könnte
etwa auch an den im 1. Semester der Universität immatrikulierten Iacobus Krappen aus
Wittenberg denken. Beides aber scheint durch das 'Sueuo' in Spalatins Aufschrift aus-
geschlossen.

Nr. 247.

Luther an den Bischof Adolph von Merseburg.¹

Wittenberg, 4. Februar 1520.

Sucht das dem Bischof beigebrachte Urteil über ihn zu berichtigen und
bittet, ihm einen etwaigen Irrtum anzugeben.

Am 5. Februar sandte Luther diesen und den folgenden Brief im Konzept
an Spalatin zur Begutachtung (s. u. S. 30, 7). Bischof Adolph erhielt seinen Brief

am 24. abends und beantwortete ihn am 25. (f. u. S. 52). Kurz vorher waren die beiden Briefe in Reinschrift von der Hand Joh. Schwertfegers abgegangen (f. u. S. 48, 6ff.). Sie behielten aber das Datum des Konzeptes.

Gleichzeitiger Sonderdruck: 1. DVAE MAR||TINI LVTHERI EPI-||STOLAE||VVITTEMBERGAE||M.D.XXI. || 6ff. 8°, letztes Blatt leer. Aller Wahrscheinlichkeit nach Wittenberger Druck. Vorh. 3. B. Dresden L. (Hist. Eccl. E 894, 20), Heidelberg H. (Sal. 27, 6), Leipzig H. (Kirch.=Gesch. 2064, 3 a¹), Zwickau RZB. (2. 5. 29, 8²).

Handschriftlich: 2. Sammelband T 73¹ 4^o der Königsberger Stadtbibliothek S. 75—78 des handschriftlichen Anhangs (ZKG. 49, 170).

Spätere Drucke: 3. Murißaber I, 237. 4. Witt. 2, 46^b. 5. de Wette 1, 401. 6. Enders 2, 311.

Da 2 allem Anschein nach nur eine an ein paar Stellen den Text verschlechternde Abschrift von 1 ist, vermerken wir in der Hauptsache nur die Abweichungen von 3 und 4.

¹) Ms 3^b folgt in diesem Bande der Urdruck des Briefes des Crotus Rubianus an Luther vom 5. Dezember 1520 (Enders 3, 8), als 3^o der Urdruck der beiden Briefe Hutten's an Luther vom 17. und 20. April 1521 (Enders 3, 123 Nr. 2). Alle drei Drucke stammen aus derselben Presse. ²) Hier folgt als Nr. 9 der Urdruck der beiden Huttenbriefe.

Jesus.

Sese commendat cum omni subiectione et reverentia. Certior factus, Reverend[issime]^a in Christo pater, Illustris^b Princeps, Quoniam male^c apud Reverendam paternitatem tuam prae coeteris audiam, ob quosdam, qui, sive zelo dei sive alio affectu rapti, mea omnia traducunt aliter quam vellent sua a quovis traduci, Non potui rationem habere tam tuae magnitudinis quam meae parvitatatis, quin auderem his litteris thronum paternitatis^d tuae accedere, Idque nulla alia causa, quam ne conscientia mea olim me vexaret, si occasione silentii mei aut veritas ibi periclitaretur aut hominum salus, ubi maxime debet tuta et rata esse. Si enim falsa sunt, quae in me congeruntur^e, non sine periculo creduntur, quod hae fide impia^f fiant alieni a fide Christi, Cuius veritatem falso acusatam pro mendatio habent, quicumque delatoribus istius modi credunt. Nec difficile est, etiam Principes viros falli adulatoria sedulitate speciosissima, Quando David, Rex integerrimus, Siba^g adulatore in Miphiboseth^h saevit seductus², Et Iosaphat, bonus Rex, nec sane¹ propheta Michea potuit revocari, quin, raptus multitudine et auctoritate falsorum prophetarum, eum impio Rege Achab iret in praecipitium periculi.³ Sin autem vera^k sunt, mirum, immo miserum est, non inveniri, qui me docere dignentur¹, Qui tocies promisi auditorum meliora et sententiam mutaturum.^m Scio, quod non vivo, quae doceo, ideoque me taedet officii huius;

tantum abest, ut gloriam quaeram, ut multi mihi imponunt. Unde testem audeo invocare in animam meam Dominum Iesum Christum iudicem futurum, me nec nosse nec posse alia docere quam quae docui. Nec mihi sum conscius, unquam aliquid docuisse, Quod non Christum et Dei praecepta referat, nec ullus adhuc aliter convicit. Quid igitur faciam? lucrum non quaeritur, nec, si quaerem, possem invenire in tanto multorum odio, Multominus gloria in tanta mei infamia. essem ego sane omnium, qui unquam fuerunt, insanissimus, qui has res sectarer, ob quas damna pro lucris, confusionem pro gloria, mortem, vim et censuram pro tutela et vita assidueⁿ patior^o. Ubi si^p errarem, post haec mala aeterno quoque sim igne perdendus. Etsi talis quispiam forte queat inveniri obstinatus, ego tamen^q me aliter affectum esse vel hoc nomine scio^r, quod invitus doceo et ministerio verbi servio. Qui enim gloriam obstinate^s quaerunt, non inviti docent.

Haec, Reverendissime^t in Christo pater, ea fiducia ad Reverendissimam^u paternitatem tuam scribo, primo^v, quod multa mihi praesumam de ingenita mihi^qque perspecta^w benignitate tua, quam omnino confido haec mea scripta benigne agnoscituram, Deinde^x, quod mihi reus videbar, Si Reverend[issimam]^y paternitatem tuam inter has linguas iniquas in me machinantes mala solum^z relinquerem, immo veritati Evangelicae propter me forsitan male audienti defuissem. Necdum audivi, qui mea^a damnassent, nisi^b quos invidia moveri ex eo conici potest, quod lucusque in me toties reperti sunt mendatia sua agitasse^c, etiam sub Sacro^d Romani Pontificis nomine^e. fidem autem mihi facit, mea esse sana et recta, quod hi, qui apud exteros^f sunt, et neutri partium adhaerent, ingeniosissimi et doctissimi, mihi plurimum gratulantur, quod et accidere firmiter crediderim Reverendiss[imae]^g paternitati tuae, si prae negotiis vacaret^h vel legere vel audire. proinde, quando ego non possum offendi, nisi veritas simul offendatur, si inique autⁱ reprobor^k auditus aut contemnor auditurus (Neque enim aliud^l facere possum amplius quam quod auditurum me polliceor meliora, si bona non sunt, in quibus audior^m), Volui hiis litteris Reverendissimaeⁿ paternitati tuae tum meum debitum officium persolvere^o, ne dominus meus aliquo Siba vel^p Sedechia^q praecoccuparetur et ad tanti Episcopi exemplum plurimi similia saperent atque ita meo silentio non meam quidem famam, sed Christi gloriam pessundari permetterem, tum humiliter et enixe^r rogare, ut Reverendissima^r paternitas tua velit meam parvitatem suae elementiae habere commendatam Et, si qua errasse me nosset aut crederet^s, Paterne revocare et errorem indicare. Nam quod de potestate Romani Pontificis et utraque specie Sacramenti in me tantum elevat, confido proprias eorum conscientias pro me testificari nec dissentire nos in ea re, nisi forte solo nomine. Verum dabit hiis quoque^t Deus suum finem.⁵ Qui Reverendissimam^u paternitatem tuam

servet ac regat^{v1} in saecula, Amen. Vuittembergae Quarta Februarii
 65 M.D.XX.^{w1}

Reverendissimo in Christo patri Illustrique principi D. Adulpho,
 Ecclesiae Mersebur[ensis] Episcopo, Principi Anhalten[si], Comiti
 Ascanien[si]^{x1} et domino Bernburgen[si], domino suo metuendo.^{y1}

a) reverende 3. 4. b) illustrissime 3. 4. c) quam male ego 3. 4.
 d) dominationis 3. 4. e) congerunt 3. 4. f) impie 3. 4. g) vna Siba 2.
 uno Siba 3. 4. h) Mephiboseth 3. i) sano 3. 4. k) falsa I. 2. l) dig-
 netur 3. 4. m) immitaturum I. 2. + quin usque hodie opto a publico moveri,
 relicto docendi negotio tam apud Deum quam homines periculosissimo 3. 4. n) assi-
 duo 4. o) paciar 2. p) si qua 3. 4. q) + spero 3. 4. r) fehlt 3. 4. s) ob-
 stinati 3. 4. t) Reverende 3. 4. u) Reverendam 3. 4. v) primum 3. 4.
 w) praespecta I. mihiq[ue] perspecta 3. 4. x) denique 3. y) Reverendam
 3. 4. z) solam 3. 4. a1) + legissent et 3. 4. b1) + paucos quosdam, 3. 4.
 c1) cogitasse 3. 4. d1) sacri 3. 5. e1) + Quid enim non auderent, qui sub papae
 nomine falsis Brevisbus me citant, moneunt, accusant, damnant, haereticum declarant?
 3. 4. f1) exteras nationes 3. 4. g1) Reverendae 3. 4. h1) + mea scripta
 3. 4. i1) inique aut fehlt 3. 4. k1) + non über der Zeile 2. l1) haud 2.
 m1) auditor 4. n1) Reverendae 3. 4. o1) persolvere 3. 4. p1) + pseudo-
 propheta 3. 4. q1) obnixè 3. r1) Reverenda 3. 4. s1) si me usquam
 errasse norit aut credat 3. 4. t1) + rebus 2. u1) Reverendam 3. 4. v1) reget
 I. 2. w1) + Reverendae paternitatis tuae pauperculus precator F. Martinus Lutherus
 3. 4. x1) Astad. I. y1) Reverendo in Christo Patri ac Domino, Dno. Adolpho,
 Mersburgensis Ecclesiae Episcopo, clementissimo Domino suo, inprimis gratioso 4.

¹⁾ Vgl. ADB. I, 120 und zu Enders 2, 314¹ das Ztschr. f. d. histor. Theol. 1872, 519^o
 angeführte Zeugnis des Jakob Thomasius. ²⁾ 2. Sam. 16, 3f. Vgl. Enders 4, 154, 13ff.

³⁾ 1. Kön. 22, 7ff. ⁴⁾ 1. Kön. 22, 11. ⁵⁾ Verg. Aen. I, 199.

Nr. 248.

Luther an den Cardinal Erzbischof Albrecht von Mainz.

Wittenberg, 4. Februar 1520.

Ähnlichen Inhalts wie das vorhergehende Schreiben.

Am 29. Februar hatte Luther noch keine Antwort (s. u. S. 57, 5f.).

Textquellen I und 2 s. S. 25. Spätere Drucke: 3. Kurifaber I, 233.
 4. Witt. 2, 45. 5. de Wette I, 398. 6. Enders 2, 307.

Iesus.

Sese in domino commendat cum omni subiectione et reverentia.
 Non auderem unquam, Reverendissime in Christo pater et Illustrissime
 Princeps, ego infimae sortis homuntio apud magnitudinem tuam nec per

ipsas litteras (quibus multa conceduntur, quae praesens verecundia non
 praesumit) verba facere, nisi me maioris rei ratio cogeret, videlicet
 Christianae fidei et veritatis professio communisque omnium salutis in
 Christo observatio, Quibus si mea causa periculum instet, impiissimus
 fuero, si tacuero, Siquidem reditus sum a fide dignis viris^a certior, mihi
 etiam apud tuam Magnitudinem, Reverendissime in Christo pater, in-
 vidiam moveri et odium conflari, Forte^b ab his^c, qui apud alios me laudant
 et tuentur. Hic ut eum domino meo gratiosissimo loquar iuxta con-
 scientiae meae fiduciam, nonne, si falsa sunt, quibus accusor, non tam
 ego, qui nihil sum, quam tua Reverendissima paternitas Et illustrissima
 Dominatio tua in periculo maximo est, nequando (ut sumus homines) aliquis
 Siba adulator etiam innocentissimum David, virum secundum cor Dei
 electum, avertat a paupere et claudo Miphiboseth^d, Ut in libro Regum
 Secundo^e legimus? Quis principum satis tutus esse potest a falsis et
 subdolis^f suggestoribus, Quando David tantus^g per unum^h Sibamⁱ sic
 circumventus^k? fuit sane et haec non levissima causa, ut auderem has
 litteras scribere, quod mihi conscius essem seduli et fidelis officii debiti
 Re[verendissimae] pa[ternitati] tuae, ne^l dominum meum paterer^m tanto
 exponi periculo, immo ne veritatem Evangelicam sinerem sub nomine
 impietatis apud tantum principem eum tanto tantorumⁿ hominum
 dispendio infamari. Nec enim idem^o est veritatem male audire apud
 quemvis vulgarem hominem et tantarum^p animarum Episcopum, quem
 sive recte monitum sive circumventum necesse est plurimos sequi. Sequi
 autem adversus Evangelicam veritatem omnium malorum summarium^q
 est. Si vero recta sunt et vera, quibus accusor, permittat mihi gratia
 domini mei meam queri miseriam. Cur non docent me meliora? Cur non
 ostendunt errorem? cur prius apud magnates damnant quam convincunt?
 Praesertim eum tocies polliceor me auditurum meliora, cum tam paratus
 sim cedere sensum meum^r, immo cum tanto aestu petam^s in angulo
 latere, docere cogor, quae didici et in sacris litteris legi.^t Et arguor, quod
 doceo, quae illi aut nolunt^u aut non possunt arguere. Atque utinam
 tantum esset Oci domino meo gratiosissimo, quo meas posset vel^v legere
 vel audire incubrationes! Non dubito fore, Ut^w Reverendissima paternitas
 tua cognitura sit Deo propicio, quam aliena sint a me crimina illorum^x in
 me congesta. Neque^y enim adhuc audivi mea damnata ab ullis nisi hiis^z,
 quos invidia non modo tenet, ne^{a1} legant, Sed etiam, si quaedam legant,
 statim depravent^{b1}, Ea in me fingentes, quae ne cogitavi unquam. Quale
 est illud de utraque Spetie et Romani Pontificis potestate, in qua re, si
 velint fateri verum, ipsi vere mecum sentiunt, quantumlibet simulent
 dissensum, id quod facile intelligat^{c1}, qui mea legerit.^{d1} Quare per tuam,
 Reverendissime pater, in omnes bonas litteras litteratosque viros cele-
 bratam illam et omnibus amatissimam^{e1} benignitatem suppliciter oro,

dignetur Reverendissima et Illustrissima dominatio tua^f me benigniore, quam illi delatores quaerunt, opinione et nomine non tam mei^g quam suae ipsius multorumque aliorum salutis intuitu^h. Imo Christianae veritatis causa, quae non potest non offendi, si inique sive reprober auditus sive contemnar erudiendus et auditorus. Testis est mihi in animam meam Iesus Christus omnium iudex me non esse consciam docuisse praeter id, quod Christum et Dei praecepta referat, Rursus non esse tam pertinacem, quin velim doceri et errore cognito mutare sententiam. Atque utinam id officii ex Reverendissima paternitate tua liceat experiri! qui enim hucusque sum multisⁱ mendatiis varie^k petitus et tamen postea luce veritatis revelata innocens inventus, cogor suspicari, et eos, qui adhuc et aliis viis me petunt, non sincere agere, praesertim dum^l nolunt^m docere paratum doceri, Sed tantum criminari.

Haec, Reverendissime pater et Illustrissime princeps, visum est suggerere necessarium adversus sive malasⁿ sive deceptas bonas linguas^o, quo implerem et meum officium, qui me partem^p gregis tui et in Diocesi tua natum educatumque agnosco, Ne quid mei silentii culpa gravius irreperet^q in animum domini mei gratiosissimi, quae pro sua insigni clementia gratiose et patienter velit agnoscere et meam parvitatem Magnitudini suae habere commendatam In Christo Iesu domino nostro, Qui Reverendis[simam] p[aternitatem] et^r dominationem tuam regat^s et servet in saecula, amen. Vuittembergae Quarta Februarii MDXX.^t

Reverendissimo in Christo patri Illustrique Principi Alberto Episcopo Maguntinae.^u

a) iuris I. b) + et 3. 4. c) hijs 2. iis 3. 4. d) Mcphiboseth 3.
 e) Samuel 2 cap. 16 3. 4. f) fehlt 4. g) + ac tam sanetus vir 3. 4. h) vnam I. 2. i) Siba 3. 4. k) + est 3. 4. l) fehlt I. vt 2. m) paterem I. 2. pater 4.
 n) tantorumque 2. o) fehlt I. 2. p) tot 3. 4. q) sumarum 2. seminarium 3. 4.
 r) sensu meo 3. 4. s) + a docendo submoveri et 3. 4. t) lego 3. 4. u) volunt 4. v) fehlt 3. 4. w) quin 3. 4. x) eorum 3. y) Nec 3. 4. z) ab his, qui ea non legerunt nec audierunt exceptis paucis 3. 4. a1) nec I. 2. b1) depravant 3. 4. c1) intelligit 2. intelliget 3. 4. d1) legit 2. e1) amantissimam 3. 4. f1) + et 3. 4. g1) meo 3. 4. h1) intuitum I. i1) variis 2. k1) fehlt 2.
 l1) cum 3. m1) volunt I. nolint 3. 4. n1) malos I. 2. o1) mentes 3. 4.
 p1) partes I. 2. q1) irrepet 2. inerepet 3. r1) + Illustrissimam 3. 4. s1) reget I.
 t1) + Tuae Reverendissimae Paternitatis deditissimus (deditus 4) filius Martinus Lutherus 3. 4. u1) Magdeburgensis et Moguntinensis etc. 2. Reverendissimo in Christo Patri, Illustrissimo Domino, Domino Alberto, Magdeburg[ensis] ac Mogunt[inensis] Ecclesiarum Archiepiscopo, Primati Germaniae, Marchioni Brandenburg[ensi] etc., Domino suo et Pastori in Christo gratiosissimo ac venerabiliter metuendo 3. 4.

Nr. 249.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg.] 5. Februar 1520.

Schickt „endlich“ die beiden Briefe Nr. 247 und 248. Die Situation habe sich aber geändert durch das von dem Bischof von Meissen erlassene Mandat. Er werde entgegen. Es hat Karlstadt von neuem angegriffen, Spalatin soll Karlstadt raten, nicht mit Schmähungen zu antworten, oder eine Gegenschrift ganz zu unterlassen. Ärger über die Weglassung der Widmungsvorrede zur Tessaradecas. Auch deutsch werde die Trostschrift in Kürze im Druck erscheinen. Melanchthon brauche eine Frau. Die Witwe Landmann.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Hurisaber 1, 240; de Wette 1, 406; Enders 2, 315.

Suo in Domino Charissimo Georgio Spalatino, a sacris & Epistolis principalibus Saxonię, Suo in Christo Maiori.

[Darunter von Spalatin's Hand: Christianissimo Theologo D. Martino Lutherio Wittenberge sacras literas cum immenso fructu profitenti, patri suo post Christum Charissimo.]

Ihesus.

Salutem. Mitto tandem¹ literas ad R. D. Episcopos. tu videris, an prosit eas mitti, praesertim postquam arte Lipsicae factionis Episcopus Misnensis publica schedula edidit inhibitionem contra sermonem meum de sacramento², cum quo spes est multos alios conspiraturos. Ego tamen 10 contrariam schedulam editurus sum & has inscitie insulsissimas larvas carnisprinio hoc traducturus Deo propitio.³ Carlstadium fedissime proscidit & me quoque insanissimus Eccius nouo libello edito in eum⁴, cui parat Carlstadius respondere, Sed adeo indigesto calore animi, vt titulum libello fecerit: Contra Brutissimum asinum & assertum doctor- 15 culum etc. fac, si licet, vt ei suadeas, aut desinat illi remaledicere aut penitus respondere omittat.⁵ Satis nimis valde seipsummet infelicissimus sophista eo libro fecit ludibrium & nauseam, cui alterius recriminatione addi nihil potest, nisi impudentissime suę turpitudini forte operculum, quo minus turpis appareat. Nam ego hominem ita contemnere cepti, vt 20 nullum vnquam magis contempserim. Carlstadius me monentem non patitur. Sed nec tutum est, si resciscat ex me tibi hęc innotuisse, vt est homo infirmatus suspicionibus. Tessaradecadis frontalis Epistola omissa est magna libelli deformitate & mea indignatione.⁶ Absente me prior Sexternio⁷ excusus est. Vernacula propediem quoque absoluetur. Tardi esse cogimur tum copia negociorum tum inopia typorum. Exhibet omnino Vernacula Apologia⁸ & Canonici indocti⁹ simul. Philippo

memini me optasse vxorem suis moribus aptam, nec adhuc penitet optati. Metuo homini casum, qui magna ingenia ferme persequitur, tum quod
 30 homo est rei familiaris suiue corporis incuriosissimus. Necdum tamen video hominem ad id genus vitę propensum.¹⁰ Vidueꝝ huius iterum mitto supplicationem; gemit ac plorat, denique contestatur se mendicam futuram, nisi recipiat domum. Ego apud D. Canonicos frustra laboro. Nec reliquum video, nisi princeps illustrissimus in ea re quid fecerit. Nollem
 35 certe mendicam fieri hac occasione, ne forte vna sit earum viduarum, quarum deus Iudex in Scriptura pronuntiatur.¹¹ Mitto, vt remittas, Schedam inhibitionis Misnensis^b, foetum scilicet & magnę Inuidię & maioris inscitie. Vale & ora pro me. Die S. Agathe 1520.

Martinus Luther
 Augustinensis.

40

^a) eum < can >

^b) Misnen Original.

¹) Luther hatte schon am 31. Januar Spalatin geschrieben, daß er die Briefe „heute oder morgen“ einreichen werde (s. o. S. 24, 6). ²) Über das Mandat vom 24. Januar, das gebot, Luthers Sermon vom Sakrament des Leichnams Christi „aufzuheben und beizulegen“, vgl. *Unsre Ausg.* Bd. 6, 135. ³) Luther wollte zunächst noch den Bischof persönlich schonen. Zugleich befolgte er, wie öfters, die Praxis, dem Autor einen Rückzug nahelegen dadurch, daß er so tat, als wenn jener nicht der verantwortliche Redakteur wäre. In seiner Antwort auf die schedula (*Unsre Ausg.* Bd. 6, 137) schreibt er: „Wiewohl aber ich weiß und für gewiß acht, daß derselb hochwürdig in Gott Vater und Herr zu Meissen viel zu gelehrt und fromm ist, als daß er soleh ungegründt, schimpflich, böswillige Schrift . . . sollt mit Wissen und Willen lassen ausgehn . . . Ich will auch hiemit denselben meinen gnädigen Herrn und Vater untertäniglich entschuldigt und ausgenommen haben . . .“ ⁴) Contra Martini Luder obtusum propugnatorem Andream Rodolphi Bodenstein Carlstadium non potentem capere, quomodo aliquid sit totum a Deo et non totaliter, Eckii ad eruditum virum Gervasium Vaim Memingensem, Theologum Parrhisinum Sorbonicum, epistola defensiva. *Datiert: Ingolstadt 3. Dezember 1519.* Vgl. Wiedemann., *Eck S. 512 ff.*, Barge, *Karlstadt 1*, 177. Über Gervasius Vaim vgl. Schelhorn, *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Literatur 1 (1762)*, S. 270 ff.; *Blätter f. württemberg. Kirchengesch.* 9, 53f.; *Briefmappe 1. Stück 1912*, S. 145¹; *Enders 9*, 42². 11, 202⁴; *CR.* 2, 517; *Unsre Ausg.* 50, 195, 1 ff. (689); *Tischr.* 3 Nr. 3399; 4 Nr. 4187. 4383. ⁵) Karlstadt kehrte am 4. Februar 1520 von einer Reise nach Wittenberg zurück. An demselben Tage überreichte ihm ein Bekannter Ecks Brief an Vaim. „Angesichts der ungeheuerlichen Schmähungen seines Gegners verlor er das seelische Gleichgewicht . . . Bis in den innersten Nerv von zorniger Erregung durchzittert war er nicht davon abzubringen, Eck mit gleicher Münze heimzuzahlen.“ Spalatin folgte der Anregung Luthers und bewog Karlstadt zur Streichung der schlimmsten Grobheiten. Am 23. schrieb Karlstadt an Spalatin: „retudi aculeos, convicia expunxi et confutationem commisi praelo simplicem theologicamque“. *Trotzdem fiel die Confutatio (datiert: Wittenberg 5. Februar 1520; Centralbl. f. Bibliothekswesen 21, 168 Nr. 27) so leidenschaftlich aus, daß Karlstadt die Veröffentlichung (die erst Anfang März erfolgte) bereute.* Barge 1, 178 ff. ⁶) Die Weglassung der Widmungsvorrede an den Kurfürsten (*Unsre Ausg.* Bd. 6, 104—106) in dem Grunenbergischen Urdruck (*Unsre Ausg.* Bd. 6, 101 A) war um so ärgerlicher, als nun die Schlußapostrophe an einen vorher nicht bezeichneten „durchlauchtigsten Fürsten“ (*Unsre Ausg.*

Bd. 6, 134) unverständlich war. ⁷⁾ Welche Abwesenheit Luthers ist gemeint? — Bogen A, B, C des Unsre Ausg. Bd. 6, 101 A verzeichneten Urdrucks sind Quaternionen, nur der letzte Bogen D besteht aus 6 Blättern. 'prior sexternio' also wohl Bogen A + $\frac{1}{2}$ B? Luther scheint aber nicht genau zwischen Quaternionen und Sexternionen unterschieden zu haben. Z. B. schreibt er am 16. Januar 1521 an Spalatin betreffs des Grunbergischen Druckes der Enarrationes epistolarum et evangeliorum: 'tres sexterniones excusi sunt, primo adhuc dilato' (Enders 3, 74, 39f.). Danach waren die Bogen B, C, D gedruckt. Aber B und D sind Quaternionen, nur C ein Sexternio. Der Quaternio A brachte dann Titel und Vorrede. ⁸⁾ S. Bd. 1, 619². ⁹⁾ Die Canonici indocti erschienen mit der Titelbordüre Joh. Luther Nr. 11 bei Melchior Lotther in Wittenberg (v. Dommer Autotypen der Reformationszeit auf der Hamburger Stadtbibl. 1881 Nr. 15, Stachelin, Oekolampad-Bibliographie Nr. 17, Ex. auch in Zwickau 12. 6. 18, 21). ¹⁰⁾ „Ich fürchte für den Mann das Unglück, das große Geister fast verfolgt, weil er sich weder um das Hauswesen noch um seine Gesundheit bekümmert. Andererseits bemerke ich freilich bei ihm auch keine Geneigtheit zu dieser Lebensweise (d. h. zu der eines Ehemanns)“. ¹¹⁾ Ps. 67, 6 vg.

Nr. 250.

Luther an Martin Buzer.

[Wittenberg, c. 5. Februar 1520.]

Wir bringen diesen im wesentlichen verlorenen Brief in der Reihe der erhaltenen, weil Buzer in einem Briefe an Beatus Rhenanus vom 2. April ein Bruchstück daraus wörtlich anführt. Enders 2, 364 setzt diesen Lutherbrief in die zweite Hälfte des März. Buzer zitiert aber daraus als einzige Neuigkeit, daß der Bischof von Meißen dem Volke einen deutschen Sermon Luthers de sacro eucharistiae verboten habe. Damit ist das Mandat vom 24. Januar (s. o. S. 31²) gemeint, dessen Veröffentlichung Luther Spalatin am 5. Februar meldet (s. o. S. 30, 8 ff.). Ich vermute, daß Luther den Brief an Buzer mit derselben Neuigkeit etwa gleichzeitig geschrieben hat. Luther würde dann damit prompt auf den Brief Buzers vom 23. Januar (s. Bd. 1, 614) geantwortet haben. Diese Antwort würde dann allerdings sehr lange Zeit gebraucht haben, bis sie Buzer erreichte. Indes kann es lange gedauert haben, bis Luther einen Boten fand, und vielleicht ist sie erst auf Umwegen nach Heidelberg gelangt. Da der Brief Buzers auch andere für unsern Briefwechsel wichtige Nachrichten bringt, drucke ich ihn verboten ab.

Martin Buzer an Beatus Rhenanus in Schlettstadt.
Heidelberg, 2. April 1520.

Original: Nr. 34 der Schlettstadter Bibliothek (neu verglichen durch Herrn Bibliothekar Walter). Gedruckt nach der Abschrift im Thesaurus Baumanianus 1, 70 bei Kolde, Analecta Lutherana p. 16 und bei Enders 2, 373 (vgl. S. 364), nach dem Original bei Horawitz-Hartfelder, Briefwechsel des Beatus Rhenanus S. 219.

F. Martinus Bucerus Beato Rhenano S. D.

Quas ad me dedisti literas XIII. Calend. Aprilis¹, doctissime idemque humanissime Beate, IV. Nonas eiusdem² accepi et habeo gratiam. In

prandio eram, eum afferrentur, quo peraeto ilico³ in oppidum nostrum
 5 concessi, seiscitaturus, quis eas attulisset et quorum ope rescriberem, quod
 unice cupiebam, et ecce fortunam minime novercantem et nactus sum,
 qui Spiram⁴ statim profecturus esset, et regrediens domum obviam habui,
 qui adferebat, quibus morem gerere tibi maxime licet. Quae ista? Literae
 R. P. Martini Lutheri, Georgii Spalatini et Melanchthonis⁵, et inprimis,
 10 quae Martini sunt, haec adscripta: 'Si libet et meus animus gratus est
 Beato Rhenano, salutes eum nomine meo et omnes recti studii pietatisque
 christianaе cultores.' Succurret fortasse illud tibi: num et corchorus inter
 olera?⁶ Saul inter prophetas?⁷ Quid Bucerō cum istis eruditionis
 15 columinibus? Id amicis quibusdam meis debeo, mi Beate, qui apud ger-
 manum nostri Principis⁸ Wittenbergae ante aliquot annos agentes cum
 Luthero et Spalatino amicitiam iam pridem contraxerant minime vul-
 gare; Melanchthoni alias notus⁹, nunc, ut videtur, opera Lutheri etiam
 charus.

Porro ex his literis unum hoc novi didici, vulgari quodam sermone
 20 de sacro eucharistiae per Misnensem Praesulem populo illic interdictum
 esse, quod in eo optarit Lutherus per concilium aliquod decerni, sub
 utraque specie et populo illud tradendum; amici eius Boemicae factionis
 ipsum insimulant. Respondit Apologia vulgari¹⁰, respondit iam et latina¹¹.
 Caeterum de Principe Fridericho, quantum ex Spalatini literis coniecto,
 25 qui apud eum plurimum potest, existimo brutum illud fulmen, nunquam
 non expromptum, ipsi haud magno terrori futurum.¹² Neque tum in hunc
 neque in Martinum iactitatum adhuc audio, licet creberrime ab hostibus
 iam emissum nunciatur. Fama est, Rhomanienses multa quidem moliri,
 et praecipue Praedicatores; sed qui ipsos rideant, ne Romae quidem desunt.
 30 Si caeteri non alio sunt praediti acumine atque Sylvester, adhuc diu
 securi agemus et tuti. Legi huius quandam epistolam, quam vult Repli-
 carum¹³, ut vocat, vice haberi adversus Lutherum: nihil vidi in vita neque
 arrogantius neque stultius. Puto homini et communem sensum deesse.
 Si de Principe praeter illud Misnensis Praesulis edictum et sermonis
 35 occasione excitatam novam tragoediam neque Martinus neque Spalatinus
 quidquam scripserunt, optimam spem etiam num retineo.

Eccius Rhomam abiit, sed non adiit neque adibit, liceat absurde mihi
 loqui, quando ille absurde quoque egit. *Χρυσός, οὐ Χρυσός* virum ex-
 citaverat. Sacerdotium quoddam Angelopoli a Principe ei collatum fuerat
 40 ea lege, ut Rhomam adiens, Academiae ius illud deinceps conferendi ob-
 tineret. In qua re cum non fide bona agere deprehensus esset, insuper
 antistitem suum et canonicos contempsisset, postquam Augustam ven-
etiam duplo maius quam Tessaradecas. Vale Quinta Maii 1520.

Mart. Luther

Aug̃.

^a) Augustiui <Islebiumque>.

^b) civitatem *corr. aus* civitates.

¹) Über den Rentmeister Wilh. Reiffenstein s. o. S. 77, 6. Sein Vater war der Königsteinsche Schultheiß Wilh. Curio R. zu Bommersheim. Mit dem Bruder ist wohl Emmerich gemeint, der unter den ersten Beförderern der Reformation in Frankfurt a. M. erscheint, kaum Joh., der erst Februar 1523 nach Wittenberg kam und sich eng an Luther und Melancthon anschloß. ADB. 27, 691f. ²) Das letzte Kapitel war 1518 in Heidelberg gewesen, das nächste hätte erst 1521 stattfinden sollen. Aber Staupitz berief es schon auf den 28. August 1520 nach Eisleben. Er gab da das ihm zur Last gewordene Amt in die Hände der Brüder zurück, die es dem Wenzeslaus Link übertrugen (Kolde, Augustinerkongregation S. 327. Vgl. auch das Eisleber Chronikon bei Krumhaar, Die Grafschaft Mansfeld im Reformationszeitalter 1855, S. 66, wonach dieses Kapitel Sonntag, Montag und Dienstag nach Bartholomäi = 26.—28. August im St. Annenkloster zu Eisleben stattfand). ³) S. o. S. 96, 9 ff. ⁴) Über Lukas Cranach's Apotheke, Ecke Ell- und Cosvigerstr.; vgl. Schuchardt, Lucas Cranach des Älteren Leben und Werke I (1851), S. 68 ff.; 3 (1871), S. 72 ff.; Lindau, Lucas Cranach 1883, S. 157; Eschenhagen, Luther-Jahrbuch 9, 23f.

Nr. 286.

Luther an Kurfürst Friedrich.

Wittenberg, 7. Mai 1520.

Über eine zwischen Günter von Staupis und dem Wittenberger Augustinerkloster streitige Pfarrhufe.

Drucke: Eisl. 1, 16; Altenb. 1, 390; Leipz. 22, 545; Walch¹ 21, 8; Walch² 21², 258; de Wette 1, 444; Erl. 53, 38 Nr. 17; vgl. Enders² 2, 401 Nr. 304.

Dem Durchleuchtigsten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Friederich, Herzog zu Sachsen, des Heil. Römischen Reichs Kurfürsten und Vicario etc., Landgrafen zu Thüringen, Markgrafen zu Meißen, meinem gnädigsten Herrn und Patron.

Jesus.

Durchleuchtigster, Hochgeborner, gnädigster Fürst und Herr, mein untertänige Dienste sein E. K. F. G. allezeit bereit zuvor. Gnädigster Herr, E. K. F. G. Schrift, an mich beschehen, hab ich untertäniglich empfangen und verstanden, wie E. K. F. G. gefällig, die Pfarrhufe umb einen gleichen ewigen Zins ließen zustehen, zu vermeiden künftigen Zank. Es wundert aber mich, daß Günter von S. E. K. F. G. allezeit sürgibt solche Ursach des Zanks, welches halben zu vermeiden nu fast das dritt Mal gehandelt ist und allezeit ärger worden. Es muß wohl Zank bleiben, wo man also handelt. Ich kann nicht verstehen, wie diese einige Hufe zu Günters Zeiten so zänkisch ist worden, so er mehr Hufen unter andern Hufen vielmehr vermendet hat, über welche kein Klage des Zanks kömmet. Hätte ich's, gnädigster Herr, selbst nicht gesehen, so dächte ich auch, es wäre der Zank die Ursache und nicht das große Vorteil und der Pfarr Nachteil. Doch, gnädiger Herr, ich bin des Dings allein nicht mächtig und nu so viel gewisiget, was Glücks entstehe, wo es ohn des Konvents Willen geschieht, daß ich froh bin, und E. K. F. G. untertäniglich danke, daß dahin kommen ist, die Briefe dem Konvent wieder werden und ich aus der Sache komme. Ich besinde aber, daß der Pfarrherr und Konvent in keinem Wege gesinnet ist, Güntern die Hufe zu lassen, daß ich hie eingelegte ihre Ursach E. K. F. G. anzeige und, so viel mir bewußt, der Sachen Unterricht tue. Es wird der Hund so oft über die Nasen geschlagen, er wird einmal schüchtern. Derhalben bitte ich neben dem Konvent, E. K. F. G. wollt unser solche Meinung gnädigs Willens zum besten aufnehmen oder je noch eine Weile verziehen. Das wollen wir gegen E. K. F. G. untertänigliches Fleiß für Gott verschulden. Geben zu Wittenberg am Montag Inventionis Crucis Anno 1520.

E. K. F. G.

untertäniger Capellan D. Martin Luther,
Augustiner.

Nr. 287.

Luther an Spalatin.

Wittenberg, 13. Mai 1520.

Freut sich, die Last, Afeld zu entgegnen, auf Lonicer abgewälzt zu haben, dessen Gegenschrift bald vollendet sein werde. Ebenso gehe der Sermon von den guten Werken seiner Vollendung entgegen. Fürbitte für den Kurfürsten. Um Mültig und den „Meißner“ kümmere er sich nicht. Tuch und Kamelotkleider bei Lukas Cranach. Botschaft von Silvester von Schaumberg.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Kurijaber 1, 265^b; de Wette 1, 447; Enders 2, 401.

Erudito pioque viro D. Georgio Spalatino, A Sacris p[ri]ncipis Sax[oniae] El[ectoris], suo in Domino Chariss[imo].

[Darunter von Spalatin's Hand: Doctor Martinus M.D.XX.]

Ihesus.

5 S. Valde gaudeo me onus scribendi contra Alueld nomine fratris mei¹ instituisse. Vicit homo ingenii mei vires etiam incomparabiliter, vt ruditati eius non potuissem digna reponere. Nee vidi nec audiui nec legi librum omnibus ita syllabis insulsum, stultum, breuiter nomina desunt, quo censori possit. Hodie compleui signaturas, quas fratri dedi, vt
 10 redigat in formam, breuique absoluatur. Itidem & sermo de operibus finietur, spero breui.² pro principe orabitur, modo ne in nostras confidere tu incipias orationes, Sed in Dei promittentis orantibus bonitatem, speroque dominus eum nobis^a, imo sibi in hiis causis seruabit.

Militium, Misnensem^{b3} & alios non moror. Vellem omnes tyrannos
 15 Romę esse male securos, vt aliquando se homines esse, qui deum habeant, cognoscerent. Scio Lucam⁴ habere pannum, Sed nescium, cui debeat, nec ego postulauī. Vidi & vndulatas⁵, nec has scit, cui debeant, nec postulatę sunt. Ne forte error fieret, si & aliis eadem empta essent. Forte hodie ad vos venerunt omnia. Habui ante biduum Nuncium
 20 ex Syluestro de Schawenberg, nobili franco, cuius & filiolum hic philippo commendauit, promittente securam tutelam, si quoquo modo princeps mei causa periclitaretur.⁶ Quod vt non contemno, ita nolo nisi Christo protectore niti, qui forte & hunc ei spiritum dedit. Vale in domino dominica vocem Iucunditatis 1520.

25

Martę Luther
Augustinus.^c

^a) nobis <se[ruabit]>.

^b) Misneñ *Original*.

^c) *Wohl von anderer Hand.*

¹⁾ *Loniccr. s. o. S. 99¹⁰.* ²⁾ *Wahrscheinlich hat der Druck mit der Vollendung des Manuskripts gleichen Schritt gehalten, so daß man dessen Abschluß auf Ende Mai setzen darf. Am 8. Juni sandte Melanchthon ein Druckexemplar an Joh. Heß in Breslau, Unsr. Ausg. Bd. 6, 196f.* ³⁾ *Es ist doch wohl der Bischof von Meißen gemeint.*
⁴⁾ *Cranach.* ⁵⁾ *sc. togae (Varro op. Non. p. 189, 26) oder vestes, Kamelotkleider (D. Wb. 5, 96).* ⁶⁾ *Der Bote von Silvester von Schaumberg geleitete dessen ältesten Sohn Ambrosius mit einer Empfehlung an Melanchthon auf die Universität Wittenberg, wo er am 10. Mai 1520 immatrikuliert ist, und überbrachte Luthern mündlich das Anerbieten des Ritters, ihm, wenn er sich in Wittenberg nicht mehr sicher fühlte, einen Zufluchtsort in Franken zu verschaffen. Wenige Wochen später wiederholte Silvester brieflich das Angebot. Frdr. Kipp, Silvester von Schaumberg 1911, S. 142f.*

Nr. 288.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg,] 17. Mai 1520.

Anliegen des Matthäus Adrianus. Die Schrift Afelds hat wunderlicherweise dem Rif. v. Heynitz und Wölg. Stehelin gefallen.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Hurifaber 1, 266^b; de Wette 1, 449; Euders 2, 403.

Suo Charissimo in domino M. Georgio Spalatino, Christi seruo sibi
 amplectendo.

Ihesus.

Salutem. Commendat tibi Adrianus noster has literas curandas, vt principi reddantur. preterea petit, consultum ne velis, vt ipse Cerbistim¹ petat, illic principem Brunswicensem in causa propria obseruaturus; ita enim ei, vt faceret, quidam scripsit ex Brunswico. Deinde & hoc petit, vt D. Boß de Aluesleben² pro libris hebraicis, de quibus prius scripseramus, denuo scriberes. Ego quid sit hominis, ignoro; tu videris.

De mea causa, quaeso, audi, quod ego vehementer admiror: liber Aluedii cepit placere D. heynitzer³ Misne, referente D. Volffango Stehlin⁴, cui & ipsi idem placet. Obsecro, tantis viris non esse nasum vllum non est mirabile? Dabo operam, vt scapha scapha serraque serra appelletur.⁵ Vale 1520 feria 5 post sophie.

Martinus Luther 15
 Augustinensis.^a

^{a)} *Unterschrift wohl von anderer Hand.*

¹⁾ *Zerbst.* ²⁾ *S. o. S. 96².* ³⁾ *Nikolaus von Heynitz, S. 1471 in Leipzig immatrikuliert, S. 1474 bacc., W. 1477 mag. artium, 1484 scolaris universitatis Bononiensis procurator, 1487 ebd. legum doctor, syndicus (Knod, Deutsche Studenten in Bologna S. 192*

Nr. 1386), 1500—1506 und später vertretungsweise Kanzler Herzog Georgs von Sachsen, 1503 Domherr zu Meißen, 1510 Propst zu Bautzen (Geß, Akten und Briefe 1, 39²). Bei der Meißner Bischofswahl 27. April 1518 erhielt er drei Stimmen. Er starb Michaelisabend 1526 und wurde im Dom beigesetzt (Machatschek, Gesch. der Bischöfe des Hochstiftes Meißen 1884, S. 629. 661f.; über sein Grabdenkmal: Beschreibende Darstellung der älteren Bau- und Kunstdenkmäler Sachsens 40, 335). ⁴⁾ S. Bd. 1, 171³. ⁵⁾ Vgl. *Erasmii adagia* I, 3, 88 (p. 129) u. 2, 3, 5 (p. 124): ficus ficus, ligonem ligonem appellans (Enders 9, 39⁵; *Unsre Ausg. Bd. 25, 187, 1. Bd. 42, 4, 37 und Nachtr. S. 674. Bd. 48, 661, 32. Tischr. 3, 396, 20 und Anm. S. 721*).

Nr. 289.

Zacharias Ferreri an Luther.

Thorn, 20. Mai 1520.

Ermahnt ihn, von seinen Kezereien abzustehen und Buße zu tun.

Am 29. Juni 1521 erschien bei Joh. Haller in Krakau ein Büchlein (Exemplar in der Jagellonischen Bibliothek zu Krakau), enthaltend 8 Dokumente, die den Widerstand beleuchten, den König Sigismund I. von Polen auf Veranlassung des päpstlichen Nuntius Zacharias Ferreri aus Vicenza, Bischofs von Guardia, dem Eindringen der Reformation in sein Reich entgegensetzte. Dazu gehört eine Rede, die Ferreri auf dem Reichstag zu Thorn¹ in Gegenwart des Königs in der zweiten Hälfte des April 1520 hielt und in der er diesen aufforderte, die in seinem Reiche befindlichen lutherischen Druckschriften verbrennen zu lassen und ihren weiteren Verkauf und ihre weitere Verbreitung zu verhindern, ferner ein Edikt, das der König demzufolge am 3. Mai erließ, und endlich unser Brief. Joh. Fijalet hat ihn im Historischen Jahrbuch der Görresgesellschaft 15 (1894), S. 377—380 abgedruckt und eine Einleitung S. 374—376 vorausgeschickt. Der Abdruck bei Enders 17, 127 geht auf Fijalet zurück. Wir wiederholen diesen Wiederabdruck.

¹⁾ Sigismund weilte hier seit Oktober 1519. Es fanden hier Besprechungen statt wegen Beendigung des Streites zwischen Polen und dem preussischen Orden, zu denen sich im April und Mai 1520 auch Bevollmächtigte von Kurmainz, Kurachsen, Kurbrandenburg, von Herzog Georg von Sachsen u. a. einfanden, um zwischen den streitenden Parteien zu vermitteln. Ende Mai verließen die Gesandten wieder Thorn, ohne etwas erreicht zu haben. Die kurächsischen Gesandten Heinrich Keuß von Plauen und Philipp von Feilich nahmen wohl den Brief des Nuntius mit. Am 13. Juni scheint Luther von Svalatin zu wissen, daß der Brief bei Hofe eingegangen (oder mit den Gesandten unterwegs?) ist.

Zacharias episcopus Gardiensis Martino Lutero S. P. D.

Redeuntibus clarissimorum principum sacri Romani imperii electorum in Germaniam oratoribus¹, Martine charissime, quorum in re pruthenica consuetudine assidua usus sum et eum quibus saepenumero de te sermonem habui, volui ad te scribere in spiritu charitatis et meas ad te illis epistolas commendare. Ipsi enim testes sunt, quantum de tuo interitu dolui (quum praecipue, unde tua errata primam habuerint originem,

narravere), Deum etiam ipsum testem habeo, quoties pro tua et populorum salute, quos tecum in praecipitium ducis, supplices orationes et lachrymas et sacrificium et hostiam obtulerim. Vellem, mi Martine, ut oculos aperires 10
 saperesque et novissima provideres. Nec tibi hanc gloriam polliceare, ut instar Dianae ephesiae templi christianam esse religionem et S(anctam) R[omanam] E[cclesiam] quam possis evertere arbitreris. Ipsa enim non palustri in solo, non super carbones aut lanae vellera (ut phanum illud erat²), sed supra firmam petram ita aedificata est, ut portae inferi nec 15
 quicquam adversus eam praevaleant.³ Vellem, ut tibi aliquando proponeres eos, qui hoc idem tentare annexi sunt et penes quos longe maior quam apud te humanarum ac divinarum litterarum peritia autoritasque ac potentia viguit, frustra palestram hanc ingressos, frustra contra impetum fluvii conatum fecisse.⁴ Sed tradidit eos deus in reprobum 20
 sensum⁵ et erraverunt palpitantes in tenebris et excaecavit eos adeo malitia eorum⁶, ut in interitum deducti sint, evanuerint in cogitationibus suis⁷ et finis eorum confusio fuerit.⁸ Nec mihi quisque [!] persuadeat te ita vecordem esse, ut tuos errores non perpendas, quum apud eos (quibus scintilla saltem luminis est) ita manifesti sint, ut magis esse non possint. 25
 Sed hanc tibi (ut ex principiis, quae te ad id movere animadvertimus) gloriam inanem comparare, hanc in S. R. E. vindictam impudenter^a exercere pro virili tua aggressus es, ut novam sectam inducere et apostolicae sedi, quum libuit, te resistere potuisse passim ostendas. Verum quum 30
 ita sit, nec deum times nec deum credis, qui vindex malorum est, dixisti- que uti insipiens in corde tuo: 'Non est deus'.⁹ Sed, mi Martine, te hortor, te etiam per Iesum Christum, qui iudicaturus est vivos et mortuos, rogo et obsecro, ut, si te ita in foveam mortis praecipitare omnino constituisti, misereare saltem eorum vulgarium animorum, quos quotidie tuo veneno 35
 inficis, necas, interimis et una tecum in perditionem trahis, quorum et sanguinem a te potatum, quorum vitam a te deglutitam de manu tua omnipotens ille et tremendus author aliquando exiget et requiret.¹⁰ Video iam te Sergium illum teterrimum monachum, qui maumethicam sectam promovit¹¹, effigiare.¹² Video te iam ad aliud nihil quam ad christianos sub maumethicas prophanas leges sensim alliciendum tendere et anhelare 40
 ad regna perturbandum, ad pacem et unitatem scindendum, ad ordinem confundendum, manibus ac pedibus niti et operam omnem navare. Permittit deus regnare hominem hypocritam propter peccata populi.¹³ Sic nos deus his interdum castigat flagellis, ut praevaricatores ad eum redeamus.¹⁴ Sed si tu flagellum es, sit nomen domini benedictum, dum nos 45
 hoc (quamvis malo instrumento) ad rectitudinem deducat castigatosque efficiat dominus, purget, probet et in igne adversitatis examinet, sicut probatur aurum et examinatur argentum, ut quandoque decantare possimus: Igne nos examinasti, deus, et transivimus per ignem et aquam et

50 deduxisti nos in refrigerium.¹⁵ Sed, Martine, omnino instrumentum malum
 es. Per te constans et emundans argentum purgabit dominus filios Levi
 et colabit eos quasi aurum et quasi argentum, Et erunt offerentes domino
 sacrificium in iusticia.¹⁶ Illi purgabuntur, tu autem idem ipse eris et in
 luto tuo (unde et cognomen recte adeptus es) in foeditate tua et in peccato
 55 tuo morieris.¹⁷ Ex luto et fimo et stercore, quibus sordidata abluuntur
 indumenta, smigmata^b aliquando fiunt. Quid mirum, si [per]^c te etiam
 purgabimur, mundabimur, candidabimur? Utinam omnipotens author
 effundat super nos aquam mundam¹⁸ aspergatque nos isopo, ut^d munde-
 mur.¹⁹ Verum etsi in locum tuum abiturus sis²⁰ auresque obtuderis et
 60 frontem perfricaveris, haud tamen desistam (quum praecipue vicina tibi
 in patria apud serenissimum et piissimum Poloniae regem Sigismundum
 pro apostolica sede agens de te tuaque hac secta pestifera quotidie nova
 intelligam), quin te ea charitate moneam, qua alter alteri debitores sumus,
 ut, Martine, oculos aperias videasque, quanto coecitatis baratro captivus
 65 detinearis, qui tibi soli oriri solem, qui te solum esse diem, caeteros noctem
 arbitraris, qui nec eorum doctorum, quibus et munda vita et eminenti
 scientia longe impar es, irrefragabili sententiae, qui parisiorum, qui
 coloniensis aliisque omnibus celebratissimis Italiae, Germaniae, Galliae
 Hispaniaeque universitatibus cedere nequis, qui beatissimi pontificis et
 70 S. R. E. sanctissimis contra te decretis ac sanctionibus (quibus obsistere
 summa perfidia et dementia est) protervum caput ac superbum verticem
 inclinare contemnis, qui christianam universitatem ab mille supra annis
 in tenebrarum caligine positam esse astruis, qui te meliorem, qui te docti-
 orem mortalibus cunctis dementissime iactare videris, qui omnes in
 75 arenam, omnes in pugnam vocas. Martine, aperi oculos et vide: non esse
 ingenuos homines adeo hebetes, adeo ignavos, ut vafrum te esse (quam-
 quam insipientem) non agnoscant tuaque haec frivola futiliaque dogmata
 probi et sapientes viri aperte non intelligant. Martine, aperi oculos et
 vide: quoniam haud nova sunt et a te solo exeogitata, quae contra omnem
 80 ecclesiam tua sententia proferre non vereris, sed antiqua et ante atavos
 tuos ab aliis vetustioribus haereticis in campum deducta demumque a
 vera religione explosa, unde nihil agis aliud quam te frustra experiri, si
 adhuc, quae alias a praeis patribus damnata et abolita sunt, iterum susci-
 tare possis. An ignoras iam (antequam tu etiam in femore patris tui esses)
 85 singulas eas fallacias satis superque confutatas esse, indeensque fore et
 omnino improbum frustra et in cassum contra tuam hanc insaniam iterare
 responsa seu replicare, praecipue quia scriptum est: In malivolam animam
 non intrat sapientia?²¹ Iam execranda dogmata haec et saeris authori-
 tatibus et rationibus ab antiquo exclusa sunt. Cur in dubium iterum
 90 sunt revocanda? Una est tuarum traditionum confutatio, quod a malo
 prodire principio, ab aemulatione invida et ab animo vindictae osten-

tationisque cupido ac ab eo patre diabolo, cuius invidia mors intravit in orbem terrarum.²² Tu, Martine, haec etiam non inficere, si saltem erubescere et meretriciam frontem deponere incipias. Si insanum et simplicissimum vulgus, apud quod (Germano etiam idiomate) tua haec in tuam et ipsius perniciem scripta passim per Germaniam diffudisti, non erubescis, erubescas saltem doctos et qui tui capitis calvicem detegere didicere, qui, quanti faciendus es, optime librant, ponderant tuasque argutias intus et in eute²³ norunt et aperte prospiciunt. Clamant ignari fautores tui ad tecum decertandum omnes in theatrum nullumque adhuc tuam sententiam refellere potuisse astruunt iactantque undique. Vere ignari, quia non perlegere authores. Perlegant et intelligant animadvertantque ea non egere confutatione, quae toties alias et tam manifeste (ut et caeci id videant) confutata et damnata sunt. Dolebis forte, quod te, Martine, pungam et acuto stimulo urgeam. Sed recordare, quia scriptum est²⁴: Arguet me iustus in misericordia et increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, Et quoniam melior est manifesta correptio quam amor absconditus, et meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oseula odientis.²⁵ Coram omnibus peccasti. Coram omnibus arguendus es. Nullus te ad seducendum populos impulit aut provocavit. Tu autem omnium christianorum in te et animos et manus et deum ipsum concitasti, ut de te illud recte dici possit: Manus eius contra omnes et manus omnium contra eum.²⁶ Suspicio, quod non aequo ferens animo ea, quae ex Christi charitate loqui compellor. Expectoque, ut, sicuti caeteros omnes affecisti hactenus conviciis et probris, ita me quoque afficias et in me iam et tua et tuorum aemulorum lingua aenatur, furor exardescat et acerrimum odium nutriatur. Sed quis nos separabit a charitate Christi? tunc, Martine, aut aemulorum tuorum quispiam? Absit. Quin nec mors nec vita (minare tu, minentur et asseclae tui ipsum etiam interitum) nos separabit a Christo.²⁸ Transibimus per infamiam et bonam famam, ut seductores et veraces²⁹, ibimusque gaudentes cum apostolis a conspectu concilii, quod digni habiti simus pro nomine Iesu contumeliam pati.³⁰ Obloquantur, detrahant et maledicant veritatis inimici, insidias parent, Ego dicam cum David: Domine, libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa³¹ et ab homine iniquo et doloso eripe me³² et a scandalis operantium iniquitatem.³³ Quippe nec desistam, ut de laeae miseriae et de luto fecis³⁴ ad poenitentiam te revoeem exhorterque iterum atque iterum, Martine charissime, ut statuat dominus supra petram pedes tuos. Memor esto, unde exideris, et age poenitentiam³⁵, ne secundum duritiam tuam et impenitentem cor tuum thesaurizes tibi iram in die irae.³⁶ Et quamquam peccatum tuum maximum sit, horrendum et pene inexpiabile, memento tamen, quoniam abyssus abyssum invocat³⁷, abyssus peccati abyssum invocat miserationis, quoniam miserationes domini super omnia

opera eius. Vale in Christo. Datum Thorunii in Prussia XIII. Kalendas
135 Iunias. Anno millesimo quingentesimo vigesimo.

^{a)} impudentes 2. ^{b)} smigmata *Itazismus statt smegmata (Reinigungsmittel)*.
^{c)} per fehlt 2. ^{d)} et 2.

¹⁾ Die kursächsischen Gesandten in Thorn, Heinrich Reuß von Plauen und Philipp von Feilitzsch, haben also wohl unsern Brief mitgenommen. ²⁾ *Plin. hist. nat. 36, 14, 21.*
³⁾ *Matth. 7, 24, 16, 18.* ⁴⁾ *Ecclesiasticus 4, 32.* ⁵⁾ *Röm. 1, 28.* ⁶⁾ *Sap. 2, 21.* ⁷⁾ *Röm. 1, 21.* ⁸⁾ *Phil. 3, 19.* ⁹⁾ *Ps. 13, 1 vgl.* ¹⁰⁾ *Hesek. 3, 18, 26.* ¹¹⁾ *Enders 17, 133⁷ (vgl. auch schon 5, 293¹¹): „Sergius, Abt im Kloster Kallistrati zu Konstantinopel, entließ dem Kloster, um Arianischen und Nestorianischen Lehren anzuhängen, wurde auf seinen Reisen in Arabien mit Muhamed bekannt und soll diesem bei Abfassung des Korans behilflich gewesen sein.“ Vgl. auch H. Holstein, Joh. Reuchlins Komödien 1888, S. 129, 136 und Böcking 1, 166, 25.* ¹²⁾ abbilden. ¹³⁾ *Hioh 34, 30.* ¹⁴⁾ *Jes. 46, 8.* ¹⁵⁾ *Ps. 65, 10, 12.* ¹⁶⁾ *Mal. 3, 3.* ¹⁷⁾ *Joh. 8, 21.* ¹⁸⁾ *Hesek. 36, 25.* ¹⁹⁾ *Ps. 50, 9 vgl.* ²⁰⁾ *Apq. 1, 25.* ²¹⁾ *Sap. 1, 4.* ²²⁾ *Sap. 2, 24.* ²³⁾ *Erasmi adagia 1, 9, 89 (p. 313).* ²⁴⁾ *Ps. 140, 5 vgl.* ²⁵⁾ *Prov. 27, 5 sq.* ²⁶⁾ *1. Mos. 16, 12.* ²⁷⁾ *Röm. 8, 35.* ²⁸⁾ *v. 38.* ²⁹⁾ *2. Kor. 6, 8.* ³⁰⁾ *Apq. 5, 41.* ³¹⁾ *Ps. 119, 2 vgl.* ³²⁾ *Ps. 42, 1 vgl.* ³³⁾ *Ps. 5, 7, 58, 3 vgl.* ³⁴⁾ *Ps. 39, 3 vgl.* ³⁵⁾ *Off. 2, 5.* ³⁶⁾ *Röm. 2, 5.* ³⁷⁾ *Ps. 41, 8 vgl.*

Nr. 290.

Luther an Heinrich v. Bünau.

Wittenberg, 30. Mai 1520.

Will ihm als Ersatz für Thomas Münzer Kapläne verschaffen. Mahnt ihn zur Standhaftigkeit.

Handschriftlich: 1. Gotha B 26, 17^a.¹ Drude: 2. Schüge 2, 31 („aus der Sammlung des Caspar Sagittarius in Jena“²). 3. de Wette 1, 450. 4. Enders 2, 404. Wir folgen 1.

¹⁾ Enders 2, 404 wird als einziger handschriftl. Fundort Gotha B 185 angeführt. Aber der Text dort ist Abschrift aus Gotha B 26 (ZKG. 48, 199). ²⁾ Damit ist die Hf. Gotha B 185 gemeint (Lutherstudien 1917, S. 12).

Praestantissimo viro, Domino Henrico de Bunaw, archidiacono pastori-
Elsterwicensi¹, sibi in Christo suscipiendo et venerando.

Salutem. Et ego sciebam non differri a Thoma suum institutum posse², vir optime; gaudeo tamen omnes verbi gratiae studiosos fieri.
5 Ego sane, communicatis consiliis et studiis cum amicis, dabo operam, si Cappellanos P.^a tuae queamus proenrare. Interim constantia sit sibi

similis, hoc est, constans in Domino. Non est hodie novum, si ob verbum Dei turbetur mundus. Turbatur Herodes cum tota Hierosolima auditu solo nati Christi.³ Cur non moveretur terra et obscuraretur sol⁴ audita morte Christi? Mihi unum^b signum est sanam esse doctrinam, si multi et ii magni ac sapientes in ea offendantur. Sic enim ps. 77 dicitur⁵: 'Et occidit pingues eorum, et electos Israel impedivit.' Et⁶: 'Positus est in signum, cui contradicitur, in ruinam et resurrectionem multorum', non in gentibus, sed in Israel et electioribus. Stulta, infirma mundi, et ea, quae nihil sunt, eligit Deus semper⁷, et sermocinatio sapientiae scribitur⁸ 15 esse cum iis, qui simpliciter ambulant. Dominus Iesus servet P. tuam, Amen. Wittenbergae, quarta pentecostes 1520.

F. Martinus Lutherus
Augustꝰ.

a) = Paternitati? Die Drucke: Praestantiae. b) vero die Drucke.

1) ..Bei dem ausschließlichen Gebrauch der Vornamen Günther, Heinrich und Rudolf in dem Geschlechte v. B. ist die Sonderung der Mitglieder des Geschlechtes um so schwieriger, als zeitweise 80—90 majorene Vettern die Geschlechtstage besuchten und es oft vorkam, daß derselbe Vorname drei oder vier Brüdern zu eigen war.“ Knod, Deutsche Studenten in Bologna S. 77, vgl. auch Georg Helts Briefwechsel S. 39². Knod S. 78 Nr. 555 identifiziert den Adressaten mit demjenigen Heinrich v. B. aus dem Hause Schkölen bei Naumburg, der S. 1502 in Leipzig immatrikuliert wurde, 1511. 14. 15 als custos et canonicus eccl. Numburg. erscheint, am 28. Juli 1511 in Siena Dr. wird, 1518 praepositus eccl. S. Petri et Pauli in Soltzan, 1520 Archidiaconus in Osterwieck (wohl nur aus der Adresse unsres Briefes erschlossen), 1526—31 praepositus in Lissen bei Osterfeld, 1525—30 praepositus S. Georgii in Altenburg, 1529 canonicus, später decanus in Merseburg ist und 1536 in Merseburg stirbt. Nach Paul Reinh. Beierlein, Neues Archiv f. sächs. Gesch. 48, 164 ff. wäre bei unsrer Adresse nicht an Osterwieck, sondern an Elsterberg zu denken, wo ein H. v. B. 1517—1533 (nach Kreyßig, Album der evangel.-luther. Geistlichen im Königreiche Sachsen S. 152 aber nur 1529—33!) als Pfarrer wirkte; „Elsterberg war Archipresbyterat; der erste Geistliche eines solches Verwaltungsbezirkes nannte sich meist Archidiaconus“. Sicher ist unser Adressat identisch mit dem Archidiaconus H. v. B., der bei einer vorübergehenden Anwesenheit in Leipzig am 21. April 1520 an Thomas Münzer, damals Kaplan im Nonnenkloster zu Beutitz bei Zeitz, schrieb: „ich bith euch nochmals ewer cecusage noch, ir wolt euch nichtz verhindern lossenn, euch vff die mithwoch ader donnerstagk auffmachen, in meyn haus euch einstellen, und wolt euch nicht anderß halten gleich als werd ir mein conventor (Vikar). lost bibliam lessenn, ich wil euch wider nicht lossenn, ist mirß mueglich, ßo will ich e. a. w. alß schir helfen, als die von Czwickaw . . .“ Auch dieses Engagement deutet eher auf Elsterberg als auf Osterwieck hin. 2) „daß von Thomas seine Absicht (nach Zwickau zu gehen) nicht verschoben werden könnte“. Münzer kam zunächst als Ersatz für Egran, der einen längeren Urlaub für eine Studienreise nach Süddeutschland genommen hatte, als Prediger an die Marienkirche in Zwickau. Am Sonntag Rogate (13. Mai) oder am Himmelfahrtstage (17.) hielt er seine Antrittspredigt (P. Wappler, Thomas Münzer in Zwickau 1908, S. 7). 3) Matth. 2, 3. 4) Matth. 27, 51; Luk. 23, 45. 5) Ps. 77, 31 vgl. 6) Luk. 2, 34. 7) 1. Kor. 1, 27f. 8) Spr. Sal. 3, 32.

Nr. 291.

Luther an Spalatin.

Wittenberg, 31. Mai 1520.

Schickt Briefe an Hutten, Sickingen und Hans von Taubenheim zur Beförderung. Lonicers Entgegnung werde morgen fertig. Studentenschwund in Leipzig. Ochsenfart rüste sich gegen Joh. Bernhardtis Confutatio. Luthers „Von dem Papsitum zu Rom“. Ob er den Kurfürsten um Maßregeln gegen die Teuerung und ungenügende Lebensmittelfuhr bitten solle.

Original in Zerbjt. Gedruckt bei Hurifaber 1, 267; de Wette 1, 451; Enders 2, 405.

Suo in domino Chariss[imo] Magistro Georgio Spalatino, Ducalibus a
Sacris & literis, integerrimo Amico.

Ihesus.

Salutem. Mitto literas, mi Spalatine, ad Huttenum, Sickingensem^a
& Taubenheimium^b nostrum¹; tui, queso, sit officii oportune eas curare,
praesertim, vt Taubenheim suas statim habeat; distuli enim ipse diutius
quam forte sperauit. Lonicerus erastina absoluetur.² Lipsenses, anxii pro
retinendis scholaribus³, iactant Erasmm ad sese venturum. Quam
negocioiosa & infelix tamen est inuidia! Ante annum, eum nobis insultarent
quasi victis, non preuidebant hanc sibi erucem impendere. Dominus
regnat, vt palpare possimus. Ochsenfartius dicitur armari contra libellum
Veltkirchensis, quo traductus est.⁴ Ego vernaculam absolui in Alueldensem
asinum; iam sub prelo naseitur.⁵ Consule, an scribendum mihi sit principi
pro re publica nostra iuuanda.⁶ omnia fiunt carissima, nec satis aduehitur,
nec legitime quiequam administratur in hac confusissima neglectaque
politia; posset aliquid fieri Vittenbergae, si administrationis esset vllus
ordo. principis hic & consilio & autoritate foret opus. Responde & vale
Vittenberge Quinta pentecostes 1520.

Martinus Lutherus

August.

20

^a) Original Sickingenē, was nach Analogie von Veltkircheñ und Alueldēñ Z. 12 so aufzulösen ist. ^b) Original Taubenheim und 6 Grundstriche mit Querstrich über den letzten drei, ebenso in dem Original Enders 3, 74, 28.

¹) Diese Briefe Luthers an Hutten, Sickingen und Hans von Taubenheim, die Spalatin befördern sollte, fehlen sämtlich. ²) S. o. S. 99¹⁰. ³) Infolge der Disputation, aber auch der Pest, siedelten viele Studenten von Leipzig nach Wittenberg über. ⁴) Vgl. Joh. Bernhardt aus Feldkirch, Confutatio gegen Alfeld, C.R. I. 169: 'Nam nihil opinor subministrasse tibi Ochsafardum illum vere Thomisticum . . .' und 175: 'Atque utinam vel hic te Ochsafardus tuus monuisset . . .' ⁵) Von dem Papsitum zu Rom wider den

hochberühmten Romanisten zu Leipzig, im Druck am 26. Juni vollendet, *Unsre Ausg.* Bd. 6, 281. ⁶⁾ Spalatin wird Luthern zugeredet haben, denn am 7. Juni schreibt dieser jenem (s. u. S. 120, 16f.): 'Scribo Illustriss. Principi pro republica iuvanda.'

Nr. 292.

Hieronymus Dungersheim an Luther.

[Leipzig, Ende Mai 1520.]

Siebzehn Wochen warte er vergeblich auf eine Antwort Luthers; dieser habe doch wiederholt Gelegenheit gehabt, ihm zu schreiben.

Datierung: Unser Brief muß später fallen als die drei Gelegenheiten, die Luther nach Dungersheims Meinung hätte benutzen können: 1. die Reliquienausstellung in Wittenberg an dem Sonntag Misericordias domini und folgenden Montag (22. und 23. April)¹, 2. die an Jubilate (29. April) beginnende Leipziger Messe, 3. der Besuch Kaspar Güttels bei Dungersheim in Leipzig wohl im ersten Drittel des Mai (s. o. S. 2). Diese drei Gelegenheiten fallen aber in die siebzehn Wochen, während deren Dungersheim vergeblich auf eine Antwort Luthers gewartet hat, hinein; wir müssen also von Dungersheims letztem Briefe an rechnen, den wir Ende Januar angelegt haben (s. o. S. 2). Wir kommen damit für unsern Brief auf Ende Mai 1520.

Drucke: 1. Aliquot Epistole . . . (s. Bd. 1, 518) p. 48. 2. Löschner 3, 79. 3. Seidemann, Lutherbriefe 1859, S. 7. 4. Enders 2, 133.

¹⁾ Auch nach dem Briefe Luthers an Spalatin vom 16. April (s. o. S. 86, 24) erwartete man ein Zusammenströmen von Menschen nach Wittenberg für diese Tage. „Man hat 1520 das Ablassfest in Wittenberg geradezu wieder neu belebt“ (P. Kirn, Friedrich der Weise und die Kirche 1926, S. 171). Das von Spalatin entworfene gedruckte Einladungsschreiben vom 18. März bei P. Kalkoff, Ablass und Reliquienverehrung S. 107f.

S. in Domino sempiternam. Plures iam non modo dies, verum et menses transierunt, Martine in Christo frater, quibus ad ultimas, quas tibi misi, literas responsionem a te pollicitam expeeto. Multi interea ex nostris in ostensione reliquiarum scilicet vestrarum et alias Wittenbergae fuerunt; multi item, praesertim ad Lipsenses paschales mundinas venerunt vestrates. Nec dubito, Doctorem Caspar Ordinis tui pro responsione a te
5
mihi mittenda verbum tibi, ut promiserat, iam dudum fecisse. Sed nec sic quiequam accepi, 17 iam paene hebdomadibus exactis. Unde responsionis tuae ad ea, quae misi, avidus, exhibitorem praesentium rogavi, paratumque offendi, qui te conveniret et, si quid ei literarum ad me
10
committeres, perferret. Tu igitur, precor, quod (acceptis meis) iam dudum promisisti, benevolenti tandem animo exequaris. Vale.

Nr. 293.

Luther an Hieronymus Dungersheim.

[Wittenberg, Ende Mai 1520.]

Entschuldigt sich mit seinen vielen Geschäften, daß er auf Dungersheims weitläufigen Brief nicht geantwortet habe: es fehle ja aber auch die gemeinsame Basis.

Drucke: 1. Aliquot Epistole . . . (f. Bd. 1, 518) p. 49. 2. Murijaber 1, 150^b. 3. Lösscher 3, 80. 4. de Wette 1, 280. 5. Enderš 2, 134.

Egregio viro, Domino Hieronymo Dungerssheim, Ochsenfordano. S. T. Doctori Lipsensi, suo in Domino maiori.

Salutem. Ipse potes facile existimare, vir optime, quam longe sim pluribus occupatus, quam tu, ut tam prolixis literis tuis sit impossibile
 5 respondere. Sed nec necessarium; video enim te niti Patrum dumtaxat autoritatibus, cum noris nos non recipere ullos nisi iudice Scriptura. Unde, quaeso, possit ullus nostrum scire, quis Patrum recte dixerit, si Scriptura per ipsos dumtaxat est intelligenda, ac non potius ipsi per
 10 Scripturam iudicandi? Si hos oportet audiri citra Scripturae censuram, cur non omnes ut^a unum audiamus? Itaque ad omnium Patrum dicta hanc tibi habeto brevem responsionem ex Augustino, imo ex Paulo sumptam: 'Caeteros^b ita lego, ut quantalibet doctrina praepolleant, non ideo verum existimem, quia illi sic seuserunt'.¹ Nolo mihi libertatem meam captivari, quam Paulus² dedit d[ie]ens: 'Omnia probate, quod bonum est,
 15 tenete'. Satis est Patres sanctos defendisse ab haeresi; ab errore et violenta Scripturae torsione defendi nec possunt, nec debent. His vale in Domino.

^a) (st. ut:) in 2. 3. 4; in der Antwort Dungersheims, wo diese Stelle zitiert wird, gleichfalls ut. ^b) caeteras 1—4; es ist aber caeteros, sc. libros zu lesen. Bei Augustin steht alios.

¹) Ep. 82. 3 (Migne 33, 277). ²) 1. Thess. 5, 21.

ist, daß Du durch jene Schriftchen Deiner Anhänger mich dem Gespött preisgibst, als wenn ich so mit Di handelste, und entweder selbst bewirkst oder doch es geschehen lässest, daß ich in Gegenschriften hineingezogen werde, als wenn ich andern Stoff zu ihren Abhandlungen darreichte (von deren Schriften ich doch gar nichts weiß), da sieh Du selbst zu . . ." Dungersheim scheint sich gegen zwei Beschuldigungen zu wehren: 1. daß er seine Privatfehde mit Luther in die Öffentlichkeit gezerret, 2. daß er andern Stoff zu ihren antilutherischen Streitschriften geliefert habe. Was meint er mit 'libelli' von Anhängern Luthers, in denen er in dieser Weise bloßgestellt worden sei? Ich finde nur ein paar Stellen in der gegen Alfeld gerichteten Confutatio des Joh. Bernhardi aus Feldkirch, die hierher passen, besonders CR. I, 168f.: Luther ist jetzt glücklicher beschäftigt, 'quam ut vel Eccius, vel Emseris, vel Ochsafardis, vel tibi respondere debeat' . . . Ich bedauere, daß die Verteidigung des päpstlichen Primats so albernem Leuten wie Frierias, Cajetan, Ec, Emser, Ochsenfart, Alfeld zugefallen ist . . . Unter den Schriften, die de potestate Pontificia handeln, ist keine albernere erschienen als dein Werk, 'in quo te nonnihil insumpsisse temporis fateris, nimirum quo congereres operis materiem ex Emsero tuo aut Eccio. Nam nihil opinor subministrasse tibi Ochsafardum illum vere Thomisticum, quod nondum eas epistolas evulgaverit, quas de causa pontificia ad Lutherum scripsit, incredibili, ut omnia, acrimonia'. Bernhardi meint wohl: Alfeld habe seinen Stoff aus Emser oder Ec zusammengetragen; Ochsenfart sei ihm nicht behilflich gewesen, weil er sonst der Veröffentlichung seiner Briefe, die er über dasselbe Thema — de causa pontificia — an Luther geschrieben, vorgegriffen haben würde. Im folgenden bezeichnet Bernhardi dann aber Alfelds Schrift mehrmals als nach Form und Inhalt ochsenfartisch. Dungersheim konnte also sehr wohl der confutatio Bernhardis jene zwei Beschuldigungen entnehmen. Die confutatio ist Ende Mai erschienen. Zielt Dungersheim mit 'per assertorum tuorum libellos' auf sie, so bestätigt sich für unsern Brief Anfang Juni als Entstehungszeit.

Nr. 295.

Ulrich von Hutten an Luther.

Mainz, 4. Juni 1520.

Gerücht von Luthers Bannung. Ec aus Rom zurück. Ec habe Hutten als Parteigänger Luthers denunziert. Die Verdammungsurteile der Kölner und Löwener. Er reise heute zu Erzherzog Ferdinand nach Brüssel. Sidingen habe ihm drei-, viermal geheißsen, Luthern zu schreiben, daß er zu ihm kommen solle, wenn er in Wittenberg nicht mehr sicher sei. Nachschrift: Grüße an Melanchthon und Bach.

Im Juli schickte Melanchthon den Brief in Abschrift oder Druck an Spatatin und Schwebel (CR. I, 263f.).

Erste Drucke: 1. EPISTOLA VLRI-||CHI DE HVTTEN ||Equitis, Ad D. Martinum Lu-||therum Theologum. || Vuittembergae. || Titelbordüre: Joh. Luther Nr. 11. 2ff. 4^o, 2^b weiß. Druck von Michael Lotther in Wittenberg. Vorh. 3. B. in Berlin Staatsbibl., Leipzig Universitätsbibl., München Staatsbibl.

2. Titel wie 1, nur nach D ein Komma statt des Punktes und Titelbordüre: Joh. Luth. Nr. 101. 2ff. 4^o, 2^b weiß. Druck von Martin Landsberg in Leipzig. Vorh. 3. B. Würzburg Universitätsbibl.

3. Die Abschrift im Codex Gothanus B 20, 9^b ist von 1 oder 2 genommen; auch das τέλος am Schluß ist übernommen.

Spätere Drucke: 4. Witt. 2, 48^b. 5. Böcking, Opera Hutteni 1, 355. 6. Enders 2, 408. 7. Ed. Spranger, Huttens Briefe an Luther nach den Originaldrucken neu hrsg. 1903 Nr. 1.

Gegen die Beurteilung unfres Briefes durch Staloff (Ulrich von Hutten und die Reformation 1920, S. 197 ff.; ders., Huttens Vagantenzeit und Untergang 1925, S. 15: Hutten habe sich mit diesem Briefe den Wittenbergern als ungebetener Mitsreiter aufzudrängen versucht!) vgl. Fritz Wasser, Die politische Entwicklung Ulrichs von Hutten während der Entscheidungsjahre der Reformation 1928, S. 29 ff., auch Hajo Holborn, Ulrich von Hutten 1929, S. 107.

Vive libertas. Ulrichus de Hutten eques Martino Luthero theologo, salutem.^a

Si quod ad ea, quae magno istie animo paras¹, ut video, impedimentum tibi intercedit, necessario et amanter doleo. Nos hic promovimus nonnihil. Christus adsit, Christus iuvet, quandoquidem eius stata adserimus, eius obscuratam, pontificiarum caligine constitutionum in lucem reducimus doctrinam; tu felicius, ego pro viribus. Utinam aut omnes haec sentiant, aut se ultro isti agnoscant ac in viam redeant. Ferunt excommunicatum te.² Quantus, o Luthere, quantus es, si hoc verum est! De te dicent enim pii omnes: 'Captabant animam iusti et sanguinem innocentem condemnabant; sed reddet illis iniquitatem ipsorum, et in malitia eorum disperdet eos Dominus deus noster.'³ Haec nobis spes, haec esto fides.^b Redit ab Urbe Eccius, beneficiis a pontifice et pecunia, quod aint, auctus.⁴ Quid tum? Laudatur in desideriis suis peccator⁵, nos in veritate sua dirigit Deus.⁶ Atque igitur oderimus ecclesiam malignantium, et cum impiis non sedebimus.⁷ Circumspice tamen et oculos pariter ac animum habe ad illos intentum. Vides, si nunc cadas, quae sit publico^c iactura, nam, ad te quod pertinet, eo esse te animo scio, ut malis sic mori, quam utcumque vivere. Mihi quoque insidiae sunt, cavebo quantum licebit. Si vi ingruent, vires erunt adversum, non tantum pares, sed, ut spero, superiores etiam. Utinam me contemnant.^d Eccius me detulit ut tecum habentem, in quo falsus non est; semper enim in iis, quae intellexi, tecum sensi.⁸ At nulla fuit prius consuetudo nobis, nam quod idem dixit, conspirasse prius nos, hoc mentitus est in gratiam Romani episcopi. O hominem impudenter malum! Sed videndum est, ut illi reddatur, quod meretur. Tu confirmare et robustus esto, nec vacilla! Sed quid moneo, ubi opus non est? Me habes adstipulatorem, in omnes etiam eventus. Itaque consilia omnia tua audebis posthae credere

mihī. Vindicemus communem libertatem, liberemus oppressam diu iam
 30 patriam; Deum habemus in partibus; quodsi Deus pro nobis, quis contra
 nos? ⁹ Prosciderunt te Colonienses et Lovanienses; haec illa sunt diabolica
 adversus veritatem conciliabula, sed perrumpemus, perrumpemus ¹⁰,
 adiuvante Christo, strenue. Illos vero decuit ^e vere potius, ubi negotium
 35 incideret, et libere iudicare. Quo nomine monui eos quadam in Praefatione ¹¹,
 quam leges; mittet eam Capito. ¹² Hodie ad Ferdinandum abeo. ¹³
 Quicquid ibi potero, nostro bono, non cessabo. Iubet ad se venire N. ¹⁴
 te, si tutus istic satis non sis, habiturus pro tua dignitate liberaliter et
 adversus omnis generis inimicos defensurus strenue. Hoc ter aut quater
 40 iussit ad te scriberem. ^f In Brabancia invenient me tuae literae; istuc
 scribe, et amanter vale et in Christo. Moguntiae raptim. II. Nonas Iunii.
 Anno M.D.XX.

Melanchthonem saluta et Facchum ¹⁵, ac bonos istic omnes, iterum-
 que vale. ^g

^a) Die Adresse fehlt 4. ^b) Hier hat 4 den Satz Circumspice . . . licebit
 (Z. 16—20) vorgestellt. ^c) publica 4. ^d) Si vi etc. fehlt 4. ^e) docuit 4.
^f) Hodie etc. fehlt 4. ^g) iterumque vale fehlt 4.

¹) Den Brief Luthers von Ende Mai (s. o. S. 111, 4) konnte Hutten kaum schon empfangen haben. Ob er den von Anfang Mai (s. o. S. 98, 5) erhalten hat, ist fraglich. Wenn er hier an jenen Brief anknüpfte, hätte er gewiß mit einer Empfangsbestätigung und enthusiastischem Danke begonnen. Nach Kalkoff, Hutten und die Reformation S. 20³ beziehe sich die allgemein gehaltene Äußerung Huttens: 'quae magno istic animo paras' (nicht auf die geplante große Kundgebung „an den christlichen Adel deutscher Nation“, sondern) „auf die gesamte wissenschaftliche und kirchenpolitische Tätigkeit Luthers, durch die er seine Stellung im Kampfe gegen das Papsttum und die scholastische Theologie zu befestigen rastlos bemüht war, die aber durch die ihm drohenden Maßregeln der Kurie gestört werden mußte“. ²) Kalkoff S. 199f. meint, daß ein Bericht über die am 21., 23. und 25. Mai abgehaltenen Beratungen des Kardinalskollegiums (am 25. war die Bannung Luthers und seiner Anhänger beschlossen worden) unschwer in 8—9 Tagen nach Mainz gelangen konnte. Das Gerücht von der bevorstehenden Bannung Luthers und des Kurfürsten meldete Butzer schon am 2. April dem Beatus Rhenanus (s. o. S. 33, 26 ff.). ³) Ps. 93, 21, 23 vg. ⁴) Peter Gebweiler an Capito Rom 17. Juli: 'D. Eceius accingit se itineri in patriam repetendi. S. D. N., ut aiunt, hesterno vesperi eidem dono dedit quingentos auri ducatos' (Kalkoff, W. Capito im Dienste Erzbischof Albrechts von Mainz 1907, S. 9¹). Vgl. auch den Dialogus von Symon Hesus. Centralblatt f. Bibliothekswesen 17, 579. Nach Melchior v. Watt Rom 11. Juli erhielt Eck sogar 700 Gulden zur Wegzehrung (Arbenz 25, 292¹, ZKG. 25, 130¹). ⁵) Ps. 9², 3. ⁶) Ps. 24, 5. ⁷) Ps. 25, 5, 4. Vgl. dazu Ztschr. d. Ver. f. Kirchengesch. der Provinz Sachsen 17, 24³. ⁸) Kalkoff S. 200f. meint, daß Hutten „jetzt in der gemeinsamen Bedrängnis“ engere Fühlung mit Luther gesucht habe; gleichzeitig aber sei er „doch auch entschieden darauf bedacht, seine Sache von der Luthers getrennt zu halten; dessen theologischen Ansichten, auf die sich die Verurteilung wegen Ketzerei doch in erster Linie beziehen mußte, wollte er nicht beigestimmt, ja sie nicht einmal hinlänglich verstanden haben; vor allem habe er keine geheime Verabredung mit Luther getroffen“. Aber die Worte: 'in iis, quae intellexi' sind lediglich ein Ausdruck der Bescheidenheit, und im übrigen kommt's

Hutten darauf an, Eck als lügenerischen Denunzianten zu brandmarken. ⁹⁾ Röm. 8, 31.
¹⁰⁾ Ztschr. d. Ver. f. Kg. d. Prov. Sachsen 17, 25¹. ¹¹⁾ Hutten meint seine 'Liberis
 in Germania omnibus' gewidmete Einleitung zu der Sammlung von Sendschreiben aus der
 Zeit des großen Schisma (*De schismate extinguendo*) (Kalkoff S. 202). ¹²⁾ Capito
 seit Frühjahr 1520 als geistlicher Rat Erzbischof Albrechts in Mainz (s. o. S. 70).
¹³⁾ An demselben Tage schrieb Hutten an Petrus Mosellanus in Leipzig (Böcking 4, 689f.,
 ZKg. 13, 162 und 18, 403): 'Hodie Ferdinandum accessurus exco. curarum plenus maxi-
 marum . . . Luthero scripsi, sed pro opportunitate breviter. Excitate hominem, si
 languet. Iuvate, si laborat. Circumsistite, si nutat. Fulcite, si labat. Consolamini, si
 moeret. Praesidium est illi in Francisco (*Sickingen*), si non satis confidit istis defen-
 soribus (*den sächsischen Fürsten*). Audio hoc moliri eos, ut abducant Romam vivum.
 Hoc patietur Germania? Hoc mundus feret? O audaciam improborum nullis expiabilem
 suppliciis!' ¹⁴⁾ *Sickingen*. ¹⁵⁾ Vgl. über Balthasar Vach Bd. 1, 547¹³.

Nr. 296.

Luther an Joh. Hefß.

[Wittenberg.] 7. Juni 1520.

Die Briefe des Crotus an Luther und Hefß. Eds Empfang in Rom. Des Prierias Epitoma.

Handschriftlich: I. Berlin Ms. lat. theol. 8^o 91, 98^a. Gedruckt: 2. Fischer, Reformationsgesch. der Haupt- und Pfarrkirche zu St. Maria Magdal. in Breslau 1817, S. 48. 3. C. Krafft, 14 Briefe Luthers, Theol. Arbeiten aus dem rheinischen wissenschaftl. Prediger-Verein 2, 92 Nr. 1. 4. Enders 2, 411. Wir folgen 1.

Martinus Lutherus Hesso.

Salutem. Quamvis tu solum salutaris^a me, mi Hesse, ego abundantius^b
 redditurus etiam scribo, sed breviter, ut patitur occupatio mea. Crotus
 e^c Bamberga scripsit¹ etiam tibi sicut et mihi. Miror non pervenisse ad te
 eius literas, curavi enim, nisi fallor, perpulchre et fideliter, quamquam
 scripserit, ut lacerarem, si tu non praesens esses.² Literae meae^d in
 Italiam ierant ipso egrediente, et obvias ignorabat.³ Ecceius in Urbe
 potitur^e gloria petita. Adductus ad S.^f Pontificem per Cardinalem Quatuor
 Coronatorum^g⁴ osculatus est pedes beatos, rursus eum Papa osculatus
 est omnium stupore, idque publico conspectu sedens in sede maiestatis
 suae. Utinam sic etiam se lingerent, lamberent, spuerent et morderent!
 Scribit is, qui scribit⁵: 'Lutherus deos propitios habet^h Rhomae, sed nullos
 homines'. Quid hinc, putas, veniet? Coelum forte ruet, et ollae multae
 collidentur. Silvester Prierias evomit aliam salivam⁶ ita blasphemam,
 ut paene occidat me sola eorum lectio; edemus libellum tartareum cum
 Lutheranis adnotatiunculis.⁷ Tu interim fac, quod facis, amicosque
 Michaellem et Cratualdum⁸ cum omnibus salutabis. Reverendissimo

Domino Episcopo⁹ opto gratiam Christi. Vale in eodem et tu. Septima Junii 1520.

20

Martinus Luther Aug.¹⁰

^{a)} salutas die Drucke. ^{b)} abundantia 3. ^{c)} e fehlt 3. ^{d)} nostrae 3.
^{e)} petitur 3. ^{f)} S. fehlt 3. ^{g)} per Cardinales quatuor, coram 3; die Hs. hat per Card: Quattuor Corō. ^{h)} Lutherum . . . habere 3.

¹⁾ Am 28. April, s. o. S. 91, 171. ²⁾ S. o. S. 91, 172. ³⁾ S. o. S. 91, 167.
⁴⁾ Lorenzo Pucci, von Leo X. am 23. September 1513 zum Kardinal tt. ss. IV Coronatorum kreiert, gest. 16. September 1531 (G. van Gulik-C. Eubel, Hierarchia catholica medii aevi 3, 14). ⁵⁾ Dr. Joh. van der Wyck (s. u.)? ⁶⁾ Luther hat wohl den italienischen Urdruck von des Prierias Epitoma responsionis ad Lutherum in Händen, den er wohl an demselben Tage an Spalatin s. v. r. weitergibt, nachdem er ihn wohl aus Nürnberg erhalten hatte (s. u. S. 120, 3f.). Der Unsrer Ausg. Bd. 6, 325 aus Panzer. Annales typogr. 8, 224 Nr. 4 zitierte Druck Perusiae 1519 scheint nicht zu existieren (vgl. auch Lauchert, Die italienischen literarischen Gegner Luthers S. 21²). Für die Originalausgabe hatte ich die folgende, die ich auf der Würzburger Universitätsbibliothek (Th. dp. q. 773) fand: Epithoma responsionis || ad Martinum || Luther. ✠ || 12 ff. 4^o. 1^b: Frater Silvester de prierio pio lectori S. (= Unsrer Ausg. 6, 329f.). 11^b: Rome per Antonium bladis de Afula impetrus die. 27. || Martii Millefimo quingētesimo vigesimo. sedente Leo || ne .X. Pont. Max. Anno eius Octauo. || V S ||. ⁷⁾ Dieser Lotthersche Nachdruck mit einem Vor- und Nachwort und Randglossen Luthers erschien am 26. Juni (Unsrer Ausg. Bd. 6, 326). ⁸⁾ Über den Breslauer Domherrn Michael Wittiger und den späteren Schwenkfeldianer Valentin Krautwald s. Suppl. Mel. VI 1, S. 102. ⁹⁾ Joh. Thurzo s. o. S. 86³. ¹⁰⁾ Gleichzeitig ging ein Brief Melanchthons an Heß vom 8. Juni ab, in dem es heißt: 'De loco apud Paulum Martinus respondet. Quis enim Martino aptius respondeat? . . . De Matthaei loco uterque sic sentimus . . .?' (CR. I, 202). Heß hatte also Luther und Melanchthon um die Erklärung einer Paulus- und einer Matthäusstelle (24, 36) gebeten. Über letztere teilt Melanchthon seine und Luthers Meinung Heß mit, betreffs der ersteren verweist er ihn auf unsern Brief. Dieser enthält nun aber keine solche Erklärung. Sie stand wahrscheinlich auf einem besonderen Zettel, der verlorengegangen ist.

Nr. 297.

Luther an Spalatin.

Wittenberg, [7. Juni?] 1520.

Schickt einen Brief (Briefe?) aus Nürnberg und den italienischen Urdruck von des Prierias Epitoma responsionis ad Lutherum, letzteren s. v. r., da er ihn in Wittenberg 'cum adnotationibus meis' nachdrucken lassen will. Wird gegen Alfeld und den Papst schreiben und ein offenes Blatt an Kaiser Karl V. und den Adel ganz Deutschlands herausgeben. Die Enarrationes epistolarum et evangeliorum werden für den Druck zugerichtet. Schreibt dem Kurfürsten wegen der Teuerung.

Datierung: Da Luther in dem vorausgehenden Briefe an Heß das Erscheinen der Epitome des Prierias und seine Absicht, sie mit adnotationes nach-

drucken zu lassen, mit ganz ähnlichen Worten fundtut (vgl. auch besonders dort: edemus libellum tartareum . . ., hier: Roma . . . hunc tartarum exire in ecclesiam permittit), so halte ich unsern Brief für gleichzeitig geschrieben.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Hurijaber 1, 289^b; de Wette 1, 452; Enders 2, 413.

Suo Carissimo Georgio Spalatino, viro bono & docto, Christi seruo.

Ihesus.

S. Mitto literas Nurnbergenses¹, mi Spalatine, mitto cum Syluestrina^a ἐπιτομή^b, quam ipse Epithoma vocat², homo græcobarbarus & latinococus^c; tu statim remitte; excudetur mox in laudem & gloriam omnium hostium veritatis⁴ cum adnotationibus meis. 5
 Ich mein, sie seyen zu Rom all toll, toricht, wutend, vnshunnig, narri, stoß, steyn, hell vnnb teuffell worden. Nunc vide, quid e Roma sit sperandum, que hunc tartarum exire in Ecclesiam permittit. Vincunt me vere portenta ista magnitudine stultitię suę. In Asinum Alueldensem inuehar sic, vt pontificis Ro[mani] non immemor sim, neutri gratificaturus; sic postulat argumenti necessitas.⁵ Prodenda tandem sunt Antichristi mysteria, ita enim seipsa vrgent & latere amplius nolunt.⁶ Est animus publicam schedam edere ad Carolum & totius germanię nobilitatem aduersus Ro[manae] Curie tyrannidem & nequitiam.⁷ Enarrationes Epistolarum & Euangeliorum sub prelum parantur.⁸ 10
 Scribo illust[rissimo] principi pro re publica iuuanda⁹; tu in idem officium pariter, quaeso, incumbere. nisi enim fiat, futurum est, vt mox esuriemus^d aut nimium^e preteiose¹⁰ pascamur. Vale & pro me ora. Vittenberge 1520.

F. Martz Luther. 20

^a) korr. aus Syluestri. ^b) Ob von Luthers Hand? Steht über Epithoma, worin das h ausgestrichen und das a in e korrigiert ist — ob von Luthers Hand? ^c) & <latinomagist>. ^d) esuriamus de Wette und Enders. ^e) nimium <ob aro>.

²⁾ *Der Urdruck des Eccius dedolatus ist von Matthäus Maler in Erfurt, s. o. S. 59³. Unter der (irrigen) Voraussetzung, daß Nikolaus Gerbel der Verfasser dieser Satire sei, vermutet Kalkoff, Humanismus und Reformation in Erfurt 1926, S. 42¹, daß der in unserm Briefe gleich genannte Peter Eberbach, der 1505 in Straßburg gewesen sei, die Drucklegung in Erfurt vermittelt habe.* ³⁾ Vgl. Melanchthon in dem gleichzeitigen Briefe an Spalatin CR. I, 207: *'Mitto ad te Langii Erphurdiani literas de Petreio, quem si non nosti, et Martinus et ipsius ad me literae testantur ingenio singulari et rara eruditione praeditum esse planeque talem, qui futurus sit ornamento nobis. Ideo, si quid videtur, age, ut lectorem Plinianum habeat Academia.'* ⁴⁾ *Über Joh. van der Wyck, der sich bisher als päpstlicher Familiare und Sachwalter in Rom aufgehalten, auch in Reuchlins Prozeß für diesen gewirkt hatte und nun heimgekehrt war (später Syndikus der beiden Städte Bremen und Münster) vgl. Kalkoff, ZKg. 25, 450² und Zu Luthers römischem Prozeß S. 25. Vielleicht hatte er die Schreiben Riarios und Tellebens von Lochau nach Wittenberg gebracht.* ⁵⁾ S. o. S. 121. ⁶⁾ S. o. S. 121, 20. ⁷⁾ *Aus Hutten übernommen (Enders 2, 371³).* ⁸⁾ Vgl. die bei Enders 2, 434⁸ zitierte Stelle aus Paul Bachmann. *Martinus Luther, wie es ein Mann sei, 1522 (Neues Archiv f. Sächs. Gesch. 20, 14f.).* ⁹⁾ S. Bd. I, 189³. ¹⁰⁾ *Erasmii adagia 2, 5. 42 (p. 498): heri et nudius tertius, proverbialis hyperbole tempus admodum nuper actum significans.*

Nr. 311.

Thomas Münzer an Luther.

[Zwickau,] 13. Juli 1520.

Der Zwickauer Rat hat ihm aufgetragen, Luther zu fragen, wie er sich seiner Ankläger, der Franziskaner, erwehren könne.

Münzer war, zunächst nur als Ersatz für Egranus, der schon vor seiner An-
kunft eine Studienreise nach den geistigen Zentren Süddeutschlands angetreten
hatte, und nur bis Michaelis, um Mitte Mai als Prediger an die Zwickauer
Marienkirche gekommen. Die Franziskaner, die schon Egranus wegen 17
Ketereien beim Rannburger Bischof verklagt und das Volk gegen ihn auf-
gehetzt hatten, machten ihm sofort die heftigste Opposition. P. Wappler,
Thomas Münzer in Zwickau und die „Zwickauer Propheten“ 1908, S. 9f.

Originalkonzept: Dresden, Hauptstaatsarchiv Loc. 10327 alte Briefe,
f. 42. Gedruckt bei Seidemann, Thomas Münzer 1842, S. 112 Beilage 6,
bei Enders 2, 434 und in Thomas Münzers Briefwechsel, herausgeg. von
G. Böhmer und P. Kirn 1931, S. 11 Nr. 13.

Jesus tecum.

Commisit mihi senatus, suavissime pater, tuis uti consiliis in causa
adversus criminatores meos, qui tota die furibundi agitantur spiritu
vertiginis¹, ut me nunc huc, nunc illuc trahant, imbribus magni maris
5 aspersum. Coram privilegiorum suorum conservatore² me citaverunt, ut
cogant me revocare, quae non in monachos mendicantes, sed universos
hypocritas protuli, qui omnes pro fragmine panis vivificant animas, quae
non vivunt³, et suis longis orationibus comedunt domos viduarum⁴, non
fidem in morientibus, sed insatiabilem avaritiam quaerentes. Hos dixi
10 lucusque seduxisse ecclesiam Dei, sive sint monachi, sive sacerdotes;
laicos dixi similiter reos, qui prorsus orationem et gemitum pro animarum
pastoribus neglexerunt, unde merito Dominus ovibus caecis dedit specula-
tores caecos.⁵ Sic semper coniungo et monachos, sacerdotes et laicos esse
in culpa, nullum excepio, nulli parco, omnes quandoque opportune im-
15 portuneque moneo⁶, ut resipiscant. Ego fateor plane, me dixisse in die
Ascensionis Domini⁷ de cavendis monstris galeas et fidei scuta⁸ portanti-
bus, significatione caeremoniarum⁹, quibus tumultu molestissimo garriunt
se propugnasse ecclesiam alioqui dudum in nihilum redaetam. Talibus
20 querulabunda voce deplorant, dicunt me non geminam¹⁰ echaritatem aedi-
ficare, sed destruere etc. Omnes insanias falsas aemulorum ego in exer-
citiis dulcissimum fidei meae amplector, consolante euangelio¹¹: 'Si
sermonem meum receperunt, vestrum recipient' etc. Si Christi sermonem
perverterunt, et meum pervertunt. Scio verbum Domini inane non
25 reverti¹², scio in omni loco oculos Domini bonos et malos contemplari¹³,

qui nihil aliud, nisi quod suis pectoribus inseritur, spirant et iudicant. Tu mihi in Domino Iesu patrocinium es; rogo, ne porrigas aures tuas obloquentibus me, non credas hiis, qui me dixerunt inconstantem, mordacem et sexcentis nominibus aliis dehonestarunt. Non facio strepitus pollicis¹⁴, omnia propter Christum meum sunt mihi gratissima, graviora certamina mihi restant, ego viriliter confido Deum singula destinare per tua et omnium christianorum consilia. Crux mea nondum integra, totus enim senatus¹⁵ mihi adiutorio est et fere universa civitas, quae molestissimam avaritiam hypocritarum quasi a cunabulis novit, monuitque me, ut tuo suasu appellarem concilium futurum contra harpyas omnia dilaniantes. Senatus scripsit Principi Iohanni, ne divinum verbum praedicantes molestent. Ipse senatus omnia paene verba, quae praedicaverim, auscultavit. Ego etiam obtuli me paratissimum vices Episcopi Numburgensis gerentibus¹⁶ ad reddendam rationem fidei meae, omnesque sermones meos obtuli eisdem, si quid in eis contra christianam modestiam reperirent, emendarem. Minores nec uno nec altero satiantur, omnium hominum opplent aures, ambulant in circuitu de domo in domum eiulant[es]^b contra inimicissimum hostem, dicunt se fame cruciari et emori. Si suggesseris, omnibus praesidibus respondebo; si appellandum sit, scribe; si eis assignanda sit disputatio, insinna; quodeunque suaseris, facturus in Domino. Ambae aures tuae tinnient¹⁷ in tam sonoris positionibus:

Christus semel mortuus est, ne in nobis moriatur¹⁸, neque suum sacramentum nobis in consolationem sit, nec suum exemplum in imitationem transformetur. In missarum officio consequimur, ne patiamur in hoc [mundo].

Novi concionatores nihil aliud praedicant, nisi euangelium, sed pessime: per id contradicentes mandatis hominum, quae maxime sunt observanda. Multa sunt addenda euangelio.

Non est iugiter secundum euangelium vivendum.

Paupertas, si esset evangelica, non permetteret regibus etc. potiri divitiis mundi.

Si exemplum fidei dandum est in abrenuntiatione divitiarum a pastoribus animarum et religiosis, ut suis ovibus praesint verbo et exemplo, igitur etiam a principibus, regibus tanta est observanda paupertas, ut nihil habeant et sint mendicantes.

Non est praeceptum euangelii¹⁹: 'Si quis te in unam maxillam percusserit, ut praebeas ei alteram.' Est allegatio haereticorum, ut libere persequantur ecclesiam, ne nos brachium saeculare invocemus.

Praedestinatio est res imaginaria, non debet poni in fidem, ut per eam nos certos sciamus, sed in opera, a quibus non est avertendus populus, ut ardeat candelas et virtuosissima opera faciat populus mihi semper charus Zwickaviensis a 24 annis.

Aeterna beatitudo non potest dici regnum fidei, quod intra nos est²⁰, cum ipsa sit solum in futura patria; hic sumus incertissimi de beatitudine
70 nostra.

Hos articulos coram populo in sermone simul effudit.²¹

Totis visceribus monui hunc Patrem Ordinis Minorum, Tyburtium de Weysenfels, ne tantos errores contra salutem animarum spargeret in populum, vel rationem suae fidei mihi et senatui redderet per solidas
75 scripturas et genuinos earum sensus. Ipse, omni bellua crudelior, nec unum nec alterum dixit se facturum, sed me a toto ordine confidenter asseruit obruendum, ascendit enrum, furibundus athleta plenus maledictis. Ego furorem suum subsannavi, nihil pavitans, etiamsi universa mendicantium cohors me citet, dilaniet vel mactet. Opus meum non ago, sed
80 Domini. Non patiar, quousque spiritus unicus me animaverit, has naenias, has larvas hypocritarum, contrariabor incessabili gemitu et tuba verbi Dei, ne nomen Domini blasphemetur ab hiis, qui maxime christiani videri velint, cum pedes eorum velocissimi²² sint, ut ipsi tumultum in populo Dei faciant et terram coelo misceant. Si snaseris cum sincerissimis fratribus
85 meis, Doctore Grosen²³ et vices eius gerente²⁴ et graecae linguae praeceptore²⁵ reliquisque magistris, meis adiutoribus, scribam contra has positiones, ut discant adversarii crucis²⁶ nomen Dei sanctificare et os blasphemum continere, ut lux consolationis nostrae luceat omnibus, qui in domo Domini sint.²⁷ Quid in omnibus hiis tibi christianum videtur,
90 significa. Ex pristino periculo meo certissime credo, me segregatum in alia mundi certamina; qui me eripuit de stagno perniciosissimo, eruet me de manu bestiae et leonis²⁸ et draconis, ut non timeam, si ambulavero in medio umbrae mortis²⁹, quia Dominus mecum, tamquam bellator fortis.³⁰ Ipse dabit os et sapientiam, quibus non poterunt resistere omnes adversarii nostri.³¹ Quid amplius desiderare debeam? In Christo vale, specimen et lucerna amicorum Dei. Datum in die Margarethae anno Domini 1520.

Tomas Münzer

g . . . u . . . p[er] euangelium.

^a) *Orig.*: genrentibus. *Zeilenende abgerissen*].

^b) *Orig.*: eulant [*Rest des Wortes mit dem Papier am*

¹) *Jes. 19, 14.* ²) *d. h. dem Franziskanerprovinzial in Breslau (Wappler S. 9⁹²).*
³) *Ez. 13, 19.* ⁴) *Matth. 23, 14.* ⁵) *Jes. 56, 10.* ⁶) *3. Tim. 4, 2.* ⁷) *17. Mai.*
Über diese Predigt Münzers vgl. Wappler S. 8. ⁸) *Eph. 6, 16.* ⁹) *„worunter sie die Ceremonien verstehen.“*
¹⁰) *Walch 2 korrigiert genuinam. Es ist aber die Gottes- und Nächstenliebe (Matth. 22, 39) gemeint.* ¹¹) *Joh. 15, 20.* ¹²) *Jes. 55, 11.* ¹³) *Spr. Sal. 15, 3.*
¹⁴) *Walch 2: „Ich gebe nicht ein Schnippchen darum.“* ¹⁵) *Der Bürgermeister Dr. Erasmus Studler (Stüler, Stella) war Münzers „Beichtkind“ und ihm „sonderlich geneigt und günstig“ (Wappler S. 10).* ¹⁶) *Enders 2, 438¹¹ bemerkt hierzu: „Nikolaus Tilemann, Custos, Canonicus und Vicarius Citzensis nach 1525.“ Dieser ist identisch mit dem Adressaten des Briefes von Nikolaus Hausmann vom 31. Juli 1521 bei*

Kapp. *Kleine Nachlese* 2, 469 (abgedruckt nach der Abschrift in den *Spalatiniana* der Weimarer Landesbibliothek 1, 409^a) und mit dem *Vicarius episcopi Misnensis* in dem Hausmannbrief Weller, *Altes aus allen Teilen der Geschichte* 1, 731, vielleicht auch mit dem gleichnamigen alten Naumburger Domherrn, der den Bosauer Benediktiner Paul Lang zur Abfassung seines *Chronicon Numburgense* veranlaßte (Schöttgen und Kreisig, *Diplomatische Nachlese* 11, 103, ADB. 17, 614). An unsrer Stelle ist aber vielmehr an den Statthalter Eberhard vom Thor und den Kanzler Dr. Heinrich Schmiedberg zu denken (ZKG. 35, 186f.).¹⁷⁾ 1. Sam. 3, 11. ¹⁸⁾ Gerichtet gegen diesen mystischen Gedanken Münzers. ¹⁹⁾ Matth. 5, 39. ²⁰⁾ Luk. 17, 21. ²¹⁾ Subjekt der gleichgenannte alte Franziskanerpater. ²²⁾ Röm. 3, 15. ²³⁾ Über den Naumburger Domherrn Dr. iur. utr. Donatus Groß vgl. ZKG. 35, 187. Er bezog die Einkünfte der Zwickauer Pfarre und ließ sie durch einen Vikar verwalten. Nachdem Hausmann das Pfarramt übernommen hatte, wurde ein Abkommen mit ihm geschlossen, wonach er mit einer kleinen Jahresrente abgefunden wurde (O. G. Schmidt, *Nikolaus Hausmann* 1860, S. 19; *Mitteilungen des Zwickauer Altertumsvereins* 12, 16). Er starb am 24. März 1535 (*Beiträge z. sächs. Kirchengesch.* 15, 35). ²⁴⁾ Mgr. Heinrich (Wappler S. 9). ²⁵⁾ Nicht Melanethon, sondern Georg Agricola, der Anfang 1518 als Lehrer des Griechischen an der Lateinschule in Zwickau angestellt wurde und bis Walpurgis 1522 blieb (*Reinhold Hofmann, Georg Agricola* 1905, S. 9 ff.). ²⁶⁾ Phil. 3, 18. ²⁷⁾ Matth. 5, 15f. ²⁸⁾ 2. Tim. 4, 17. ²⁹⁾ Ps. 22, 4 vgl. ³⁰⁾ Jer. 20, 11. ³¹⁾ App. 6, 10.

Nr. 312.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg,] 14. Juli 1520.

Spalatin soll den Kurfürsten veranlassen, dem Rektor der Universität eine Rüge zu erteilen, weil er in dem Aufruhr der Studenten gegen die Malergesellen einseitig die Partei jener gegen den Rat und die Bürgerschaft ergriffen hätte. Er wolle morgen in der Predigt auf den Aufruhr zu sprechen kommen. Bitte um Rücksendung des Briefs Schwester von Schaumbergs.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Aurifaber 1, 273^b; de Wette 1, 466; Enders 2, 439.

Erudito & bono viro Magistro Georgio Spalatio, a sacris principalibus, suo in domino Maiori.

[Darunter von Spalatin's Hand: De Seditio[n]e Wnittenbergensi Die .S. Margaretae. M.D.XX.]

Ihesus.

Salutem. Obsecro te, si quid vales apud illustriss[imum] principem, Mi Spalatine, age, vt princeps durissimas & acerbissimas Rectori nostro¹ scribat literas.² is enim præ insigni amentia sua heri omnes nos pene cędi & sanguini inmoluisset. homo insanus, concitans seditiones vulgi studentum aduersus senatum et innoxium populum. quas compesecere debuit.³ 10

Intereram Concilio, vbi insaniebant toto baccho. Nihil dicebatur, nisi quod ferociam adolescentum magis accenderet. Vrit me ista confusio academię nostrę, quę opprobrio tandem vertetur. D Petrus Lupinus⁴ optime locutus aduersus seditionem ita acceptus est a d. Thoma Esch-
 15 hauß⁵, vt ego statim surgerem & abirem, Satanam videns huic praeesse concilio. Denique arma ferri adolescentibus permisisse dicitur contra principis mandatum. Expedit minore numero hic studeri quam hiis seditionibus patere. Quotquot boni sunt, damnant hanc insaniam. Cras & in Concione operam dabo, siquid compescere queam, deo propitio.
 20 Nihil eorum est seruatum, quę princeps nouissime⁶ decreuit. Senes fuerunt insaniore iuuenibus. Scio Satanę esse negocium, qui, cum nusquam possit nocere verbo dei apud nos redeunti, hac arte saltem ei infamiam querit. Veruntamen contra nitendum est quibus fieri potest studiis, ne preualeat^a cum viris istis sanguinum. Cęterum credo te literas omnes
 25 accepisse a me datas vna cum Siluestri Schawenbergensis⁷, quas remitte legendas amicis. Vale & pro me ora. Sabbato post Margarethę 1520.

Martinus Luther

Aug.

^a) korrigiert aus preualeant.

¹) Peter Burchard. Wenn Enders 2, 440¹ bemerkt, daß er wahrscheinlich mit infolge der in unserm Briefe berührten Differenzen nach Ablauf seines Rektorats Wittenberg verlassen habe und nach Ingolstadt zurückgekehrt sei, so ist dies nach Friedensburg, *Gesch. der Univ. Witt. S. 137f.* dahin zu berichtigen, daß er nach Niederlegung des Rektorats noch das Dekanat in seiner Fakultät geführt und dann erst Wittenberg verlassen hat.

²) Spalatin war damals beim Kurfürsten in Lochau. Am 15. Juli unterzeichnete er dort eine Widmungsvorrede (*Panzer, Zusätze Nr. 1001^b; Weller Nr. 1622*).

³) Die Eifersucht zwischen den Gehilfen und Malschülern Lukas Cranachs und den Studenten, die zuerst im Februar zu gewaltsamen Ausbrüchen geführt hatte, entlud sich nochmals am 13. Juli. Die Studenten, die sich vergeblich beim Stadtrichter über die Malergesellen beschwert hatten und nach einem Zusammenstoß mit den Stadtknechten noch besonders gereizt waren, versammelten sich mittags bewaffnet auf dem Kirchhof beim Barfüßerkloster und suchten in das Schloß einzudringen, um das sich die Bürger, gleichfalls bewaffnet, scharten. Zu eigentlichen Gewalttaten kam es anscheinend nicht, doch kehrte Zucht und Ordnung erst zurück, als am 16. früh der kurfürstliche Marschall Hans von Dolzig an der Spitze einer Schar Fußvolks erschien, die Stadttore besetzte und die Universität zum Einschreiten gegen die Tumultuanten nötigte. Vgl. *Friedensburg S. 150f.*, auch *Spalatin's Chronik, herausgegeben von Kleeberg S. 32f.*: 'Die S. Margarethae, quae fuit feria VI., ad DCCC scholastici Wittenbergae coacti convenerunt primo in cimiterio minorum, deinde in collegio, ut rumor circumferebat, poenam sumpturi de praetore urbis Teuschel (*Kaspar T., der oben genannte Stadtrichter*) et vigiliam, qui pridie domum redeuntem Alexandrum de Stuttertheim quamvis adulescentem quietum et inermem in cimiterio παροχίας capillis correptum pulsassent graviter . . .'

⁴) *S. Bd. 1, 68¹¹, 172⁵; Friedensburg S. 68.*

⁵) Thomas Eschäus oder Eschhausen (wohl derselbe Familienname, den Tilemann Heßhusen führte), immatrikuliert im Gründungssemester der Wittenberger Hochschule als Thomas Eshaus universitatis Notarius, studierte anfangs das Kirchenrecht, darauf Medizin; am 13. September 1518 wurde er Dr. med. (*Nik. Müller,*

Die Wittenberger Bewegung S. 277; *Friedensburg, Gesch. der Univ. Witt. S. 64^A*). *Luthers Groll gegen ihn war nicht von Dauer. 1520 um Martini war Joh. Kerkenner, seit 1517 Dechant in Wernigerode, vier Wochen lang in Wittenberg, da war Luther einmal mit ihm und Beckmann bei Eschau zu Gäste (Ztschr. des Harzvereins f. Gesch. u. Altertumskunde 27, 597)*. Wohl schon 1520 war er Luthers Leibarzt (*U. A. Tischr. 2 Nr. 1253*). Am 18. November 1524 empfahl Luther ihn an die Stelle Stackmanns (*Enders 5, 55*). *Joh. Agricola, 750 Teutscher Sprichwörter, verneurt und gebessert, 1534, Bl. A 6^a nennt ihn „Er Thomas Eschius, ein Mann von 90 Jahren, der Erznei Doctor zu Wittenberg, ein Kölnisch Mann“*. Er starb zwischen April und August 1535. ⁶⁾ Nach den Februarerzessen. ⁷⁾ S. o. S. 121.

Nr. 313.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg,] 17. Juli 1520.

Von einer Vision, die Luther als Prophezeiung auf den Aufruhr vom 13. Juli auffaßt. Er habe gestern gegen den Aufruhr gepredigt und sich dadurch viel Feindschaft zugezogen. Schickt Spalatin seine römischen Neuigkeiten zurück.

Handschriftlich: 1. Jena Bos. q 25^b, 92^b. Drucke: 2. Kurifaber 1, 274. 3. de Wette 1, 468. 4. Enders 2, 441. Wir folgen 1.

Erudito et pio viro, Magistro Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae, suo in Christo charissimo.

Ihesus.

Salutem. Visionem illam Lyranam¹, mi Spalatine, nihil aliud arbitramur esse, quam hanc ipsam seditionem. Magnus vir crassum scilicet 5
vulgus significat fere in omnibus prophetiis et visionibus. Habui heri²
orationem e suggestu adversus seditionem ita temperatam, ut nulli parti affectus essem, absolute malum seditionis describerem, sive ea per cives
sive per studentes concitaretur, commendans potestatem magistratuum
in hoc a Deo institutam, ne seditionibus omnia vastarentur. Deus bone, 10
quantam mihi invidiam concitavi! Clamant me partes senatus egisse, et
prodeunt tandem cogitationes cordium, quibus intelligi possit, qui vere
et qui fecte nostram theologiam audierunt. Oportet enim hoc cribro paleas
et tritium discerni.³ Ego belle video Satanam, qui cum Romae et apud
exteris nihil videat sese promovere, hoc malum invenit, ut intus et pessime 15
noceat.

Res fuit principio parva, sed ecce, quanto magis tractatur, tanto acrius corripit et acuit corda, quod proprie diabolici ingenii est, ut, unde putes mederi, inde morbum ille augeat. Non ego eum timeo, sed metuo, ne Dominum aliqua ingratitude vel vana gloria offenderimus, qui in- 20

fensus permittat Satanam sic irrepere in medium filiorum Dei. Nec hoc adeo me movet, quam id quod futurum timeo, nempe ne indurati per
 25 Satanam et occupati, simus incorrigibiles, quo compleamus iniquitates nostras⁴, et veniat ira Dei, et perentiat nos aliqua insigni plaga in confusionem nostram, qui verbum Dei nobis oblatum non receperimus, aut non digne satis receperimus.

Hic vere multum timeo ac serio pavescō. Singulis annis hoc triennio
 30 insigne aliquod periculum passus sum: primo Augustae, secundo Lipsiae, nunc Vittenbergae. Opus itaque erit non prudentia nec armis, sed humili oratione, et forti fide, quibus obtineamus Christum pro nobis; alioquin vere actum est, si viribus nostris nixi fuerimus. Itaque ad orationem mecum confuge, ne ex scintilla ista incendium confluet spiritus Domini
 35 malus. Non sunt contemnenda parva, praesertim quae autore Satana exordium sumunt.

Remitto nova tua ex Urbe⁵; ego ipse plura ex eo⁶ praesens audivi, quam in haec scheda leguntur. Denique haec ipsa ex ore eius Magister
 40 Islebensis⁷ signavit, et Melchiori Lotther dedit; inde per te ad nos redeunt. Vale, et memor esto, oportere nos pro verbo pati. Quia enim iam securum me fecit Sylvester Schauenberg et Franciscus Sickingen ab hominum timore, succedere oportet daemonum quoque furem. Novissimus erit, cum mihi ipsi gravis ero. Sic est voluntas Dei. Die S. Alexii 1520.

Martinus Lutherus, August.

¹) Spalatin hatte Luther deswegen befragt. Wahrscheinlich ist eine Himmelserscheinung gemeint, die in Lier in Belgien beobachtet worden war. Vielleicht hatte Spalatin davon gehört durch einen der drei Grafen (Wilh. von Nassau, Phil. von Solms, Hoyer von Mansfeld), 'principis nostri Friderici Saxoniae electoris oratores', die am 10. Juli nach Gravelingen zu Karl V. gekommen waren (Spalatin's Chronik, herausgegeben von Kleeberg S. 33). ²) Am 14. Juli (s. o. S. 143, 18 ff.) hatte Luther an Spalatin geschrieben, daß er 'cras', also den 15., gegen den Aufruhr predigen wolle. ³) Matth. 3, 12. ⁴) Matth. 23, 32. ⁵) Kalkoff, ZKG. 25, 512 vermutet, daß dieser Zettel Spalatin's mit Neuigkeiten aus Rom, die Luther hier zurückschickt, das Blatt mit schmähhichen kleinen Geschichten von hohen Kurialen war, die Spalatin „Aleandern vorhalten“ wollte. Indes tragen diese Geschichten, die aus den jetzt auf der Weimarer Landesbibliothek befindlichen Spalatiniana bei Kapp, Kleine Nachlese und bei Böcking, Drei Abhandlungen über reformationsgeschichtl. Schriften 1858, S. 57—59 abgedruckt sind, die Unterschrift: 'Georg[i]o Spalatin[o] aut Ul[rico] Hutteno', und diese deckt sich mit der Überschrift des Briefes S. 53, der jenen Geschichten voransteht und der sich auf die Apologia Christi Domini nostri pro Martino Luthero ad urbem Romam S. 62—64 bezieht: 'Friderici Saxoniae Ducis a Sacris Georgio Spalatin[o]. In eius absentia D. Ulrico Hutteno'. Ich vermute, daß die Apologia und jene Geschichten Spalatin erst in Worms zukamen. ⁶) Wohl Joh. van der Wyck, s. o. S. 138⁴. Nach U. A. Tischer. 3 Nr. 3724 (Lauterbach Febr. 1538) hat Luther, was er von ihm erfuhr, in seiner Schrift an den christlichen Adel verwertet. ⁷) Agricola.

Nr. 314.

Luther an Wenzeslaus Link in Nürnberg.

Wittenberg, 20. Juli 1520.

Schickt seine Theßen für die Disputation am 27. Juli. Den Eccius dedolatus werde Link erhalten haben. Alfeld rege sich wieder. Der Brief Sylvester von Schaumbergs. Die Briefe aus Rom an den Kurfürsten. Die Schrift an den Adel erscheine.

Handschriftlich: 1. Jena Bos. q 24^r, 46. Gedruckt: 2. Kurjaber 1, 275^b. 3. de Wette I, 469. 4. Enders 2, 443. Wir folgen 2.

Reverendo viro, Wenceslao Linco, D. Theol., Magistro Nurmbergensi, Eremitae, praedicatori euangelico, suo in Domino.

Ihesus.

Salutem. Mitto iterum nugas meas¹, hypocritarum scandalum. Eccium dedolatum² ad te pervenisse arbitror. Lipsensis onager³ fertur
in me denno rudere; sed videbimus. Fuit nuper apud nos prope schisma
et seditio coorta⁴, sed celeriter contritus est Satanas operante Christo.

Dedit ad me literas Sylvester de Schauenberg⁵, Franciae nobilis, rogans, ne in Bohemiam aut alio, sed ad se confugiam, si^a dirae Romanenses
praevaluerint^b, pollicitus tutelam eximiam centenorum nobilium equitum
Franciae. Itaque contemptus est furor Romanus tandem et Germanis.
Idem fecit Franciscus Sickingerus.

Ex Urbe ad Principem contra me scriptum est⁶, sed frustra. Idem
factum ex aula quadam magni in Germania. Editur noster libellus in
Papam de reformanda ecclesia vernaculus ad universam nobilitatem Ger-
maniae⁷, qui summe offensurus est Roman, ductis^c in publicum impiis
artibus et violentibus^d potestatibus eius. Vale et ora pro me. Witten-
bergae, vigilia Praxedis 1520.

F. Martinus Lutherus.

a) sic I. b) praevaluerunt I. c) ductus I. d) violantibus I.

1) Nicht, wie Enders 2, 441¹ vermutet, die *Epitoma des Prierias und die Schrift gegen Alfeld* „Vom Papsttum zu Rom“, sondern wohl die *Conclusiones XVI de fide et operibus*, die Luther für die Disputation, die Freitag den 27. Juli unter seinem Vorsitz stattfinden sollte, aufgestellt hatte (Unsre Ausg. Bd. 6, 379f.). 2) In dem Erfurter Druck, s. o. S. 138². 3) Alfeld, *Tractatus de communione*, s. den folgenden Brief. 4) S. o. S. 143³. 5) S. o. S. 121. 6) S. o. S. 136¹. 7) „Am 23. Juni war das Werk handschriftlich vollendet“ (Unsre Ausg. Bd. 6, 392).

Nr. 315.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg,] 22. Juli 1520.

Rechtfertig seine am 15. Juli über den Aufruhr gehaltene Predigt. Auf Wunsch Spalatins schreibe er an Hans von Dolzig und den Kurfürsten. Neue Schriften Alfelds. Agricolas und Melanchthons Verlobung.

Gedruckt: 1. Arißaber 1, 276. 2. de Wette 1, 470. 3. Enders 2, 445. Wir folgen 1.

Suo Georgio Spalatino, viro bono et docto, in Christo charissimo.

Salutem. Miror ita te in me saevire et aliis de me scribentibus adeo credere, mi Spalatine. Mens sermo¹ ita habuit, ut non de praesenti, sed de futura fortuitaque aliqua seditione utramque partem informaret, quid quisque sequeretur. Nam praesentem ego apertis verbis declamavi esse puerilem quandam commotionem, quam iam tum extinctam sedatamque arbitrabar. Huius testes esse oportet, quotquot verum dicere volent. Nullam partem, neutram eausam neque tetigi neque indicavi vel una syllaba; imo dixi, me non eausam, sed generaliter cuiuscunque seditionis pericula dicturum. Tu nunc vide, an sim mentitus², hanc rem agi daemonum insidiis. Nunc quid faciam?

Scribo, sicut voluisti, Doltzio³ et Principi. Satis mihi displicent quorundam ad te datae literae, quicquid sit culparum. Ego nostram partem⁴ in una re non possum tueri, quod vulgum commoverint; sed ignoscendum puto imprudentiae, praesertim agnoscentibus errorem. Ego in hunc usque diem rem ut puerilem contempsi, contempturus, nisi tu ita tonares; sed vide, ne me frustra excites ad scribendum Principi, et in tali causa. Vale.

Lipsensis asinus in me novum rugitum blasphemias refertum edidit de utraque specie communionis⁵, editurus et contra vernaculam meam de Papatu editionem.⁶ Wittenbergensis Magister Eislebius uxorem ducturum⁷, ut fama est; Philippus nescio quid famatur facturum.⁸ Vellem homini stipendium auctum, ne sit necesse eum alia sequi pro re familiari.⁹ 1520. die Mariae Magdalенаe.

F. Martinus Lutherus, August.

¹) S. o. S. 145². ²) S. o. S. 143, 21. 144, 14. ³) Hans von Dolzig, s. o. S. 143³.
⁴) Die Universität, s. o. S. 142, 9f. ⁵) Gemeint ist Alfelds Tractatus de communione sub utraque specie quantum ad laicos, an ex sacris litteris elici possit. Christum hanc vel praecipisse vel praecipere debuisse. Unsrer Ausg. Bd. 6, 485f.; Lemmens S. 45ff. Der vorausgeschickte „Brief an den göttlichen Heiland“, abgedruckt bei Lemmens S. 103f., ist vom

23. Juni. ⁶⁾ Knaake, *Unsre Ausg. Bd. 6, 284* meint, Luther fuße hier auf einem falschen Gerücht, da der „Sermon, darin sich Bruder Augustinus von Alfeldt beklaget, daß ihn Bruder Martinus unter viel schmählichen Namen gelästert und geschändet, . . .“ erst Monate später erschienen sei. Indes erwähnt Alfeld in dem Sermon Aij^v seine Absicht, ein Büchlein „vom Empfang des hochwürdigen Sakraments in beiderlei Gestalt“ zu veröffentlichen. Der „Sermon“ wird also etwa gleichzeitig mit dem *Tractatus de communione sub utraque specie* ausgegangen sein. Lemmens S. 10³. ⁷⁾ Vgl. Melanchthon an Joh. Heß 1. August (CR. I, 209): „Noster Isleben uxorem duxit Elsam [Moshauer?], si nosti, eam, cuius sororem habet scriba civitatis Wittenbergensis [Andreas Meinhardi?].“ Die Hochzeit fand am 10. September statt (s. u.). Vgl. Kawerau, *Agricola* S. 27. ⁸⁾ Über Melanchthons Verheiratung s. o. S. 130, 11f., ferner CR. I, 211. 265 (Ende August). 266 (nach 14. September) und dazu *Supplementa Melanchthoniana* S. 113f. ⁹⁾ S. o. S. 130³.

Nr. 316.

Luther an Gerardus Listrius in Zwolle.

Wittenberg, 28. Juli [1520].

Danck für Brief, lehnt aber Lobeserhebungen ab. Der pater Iohannes, der den Brief des Listrius gebracht hat, nimmt unsern Brief mit zurück. Melanchthons Römerbriefvorlesung. Höhepunkt der Schriftauslegung. Bedauert, daß er die letzten Jahre mit Streitereien verloren habe. Roms Drohungen, Deutschlands Erwachen. Seine Operationes in psalmos.

März 1896 fand F. H. Hoefler diesen Brief abschriftlich in einem in Pergament gebundenen Büchlein im Gemeindearchiv zu Hattem bei Zwolle. Er schickte es an Prof. J. G. H. Nequon, der den Brief im 'Archief voor Nederlandsche Aertsgeschiedenis' veröffentlichen wollte, aber durch Krankheit und Tod daran gehindert wurde. Sein Sohn schickte das Büchlein an Hoefler zurück, der nun selbst den Brief im 'Archief' 7 (1899) S. 204f. publizierte. Prof. H. C. Rogge fügte ein Nachwort hinzu, in dem er erwähnte, daß er vorher Enders den Fund mitgeteilt hätte. Damals hat wohl Enders die Abschrift angefertigt, die er dann nach dem Abdruck im 'Archief' berichtigt hat und die bei dem Wiederabdruck unsres Briefes Enders 17, 134f. berücksichtigt ist. Wir wiederholen den Abdruck im 'Archief'.

Über Leben und Werke des Geert Lister (Gerardus Listrius) vgl. Rogge im 'Archief' S. 207ff.; van der Ma, *Biographisch Woordenboek* 11, 524f.; Lindeboom, *Het Bijbelsch Humanisme in Nederland* 1913, S. 145ff.; *Nieuw Nederlandsch Biografisch Woordenboek* 3, 782; Kronenberg, *Bijdragen voor Vaderlandsche Geschiedenis en Oudheidkunde* 6. Reihe 9. Teil S. 177—214. Er war 1516—1522 Rektor an der Schule der Brüder vom gemeinsamen Leben in Zwolle und ging dann als Rektor nach Amersfoort. Nun aber verlieren wir ihn aus den Augen. Daß er bald darauf in Antwerpen und später in Basel sich aufgehalten habe, ist lediglich Vermutung. Wahrscheinlich ist er um seines evangelischen Glaubens willen ins Ausland gegangen. In dem Briefe an Beatus Rhenanus wohl aus der 2. Hälfte des März 1520¹ (Horawitz-Hartfelder S. 264f.) drückt er seine Empörung aus über den Angriff Eduard Ves auf Erasmus und teilt Spottverse mit, die Schüler von ihm auf

jeneu gedichtet haben; von einer Hinneigung zu Luther oder auch nur von irgendwelchem religiösen Interesse findet sich aber keine Spur darin. Luther behandelt ihn denn auch in unserm Briefe als Erasmaner und schreibt ihm, was ihn angenehm berühren muß: er rühmt Melanchthon und die aufblühenden biblischen Studien in Wittenberg, bedauert, daß er in den letzten Jahren in unglückselige Streitereien verwickelt gewesen sei, und berichtet zuletzt vom Fortschritt seiner Operationes in psalmos, die ja auch den Beifall des Erasmus gefunden hatten.

Daß unser Brief ins Jahr 1520 gehört, ergibt sich einmal daraus, daß das 'boeckje in perkament gebonden' noch mehrere Aufzeichnungen aus diesem Jahre enthält, und zum andern aus der Stelle: 'Psalterium ad psalmum XVIII deduxi verbosissimo (?) commentario', verglichen mit einer Stelle aus dem Briefe des Felix Ursenius an Capito, Wittenberg 13. Januar 1521 (Hartfelder, Melanchthoniana paedagogica S. 113): 'Lutherus finem iam fecit secundae decadis totius psalterii.'

¹⁾ Das genauere Datum ergibt sich daraus, daß Lees Annotations aus Paris nicht eher nach Zwolle gekommen sein werden als nach Basel und Cöln (Wien 4, 109).

Martinus Lutherus Augustinensis Gerardo Listro rectori Swollis.

Salutem. Acepi literas tuas, vir eruditissime, magna cum voluptate placuitque pater hic Iohannes et quidquid nobiseum contulit, atque utinam tales invenisset nos, quales et tua et illius opinio praesumpsit.

5 Quod ad me attinet, scio, quam sit michi curta supellex.¹ Plurimum superat fama virtutem. Philippus vero felicissime theologizat professus pro tyrocinio suo Paulum ad Ro[manos]² quingentis fere auditoribus³ iisque omnibus avidissimis, vero [et]^a incredibili successu. Deus proficiat, quod incepit, et hoc vasculo suo^b, quod^c futurum brevi confido, ut theologia purissimam in fonte suo bibat orbis Christianus. Arbitror in^d 10 mille annis sacras literas non ea sinceritate et luce fuisse tractatas proximamque esse donum eius apostolico saeculo.⁴ Nostrum erit, ne ingrati simus, Deo rem suam summis votis acceptam referre et commendare.

Ego meos hos annos infelicibus bellis perdiidi malleque meos labores 15 in universum interire, ne quid obsessent vel puriori theologiae vel melioribus ingeniis, quamquam nee hodie sine cede et sanguine philosophor; ita me meum fatum rapit, quidquid enim est malarum bestiarum, me unum petit, omnes ex me lauream querunt et palmam. Utinam ego faero David sanguinem fundens, Philippus autem Salomon pace regnans! Amen.

20 Ceterum omnia referet hic, quem misisti, Iohannes, qui si minus vestrae expectationi satisfaceret^e, culpa vestra esto, qui de nobis temere super id, quod non^f nobis est, cogitastis. Roma adhuc spirat minas et cedet⁵ in me, sed contempno. Germania enim^g sapere coepit et hip- 25 erisim^h papistarum intelligit. En, queso, nomine meo resaluta optimos viros omnes, qui per te me salutarunt. Psalterium ad psalmum XVIII deduxi virosissimo¹⁶ commentario cepitque me penitentia explicandi eius

non propter laborem, sed quod res iste minime sunt vulgares et paucissimorum captui aecomode, necdum statui, utrum mitti oporteat et faciliora tractantia^k, perfectorum enim eibus est. Vale, mi Gerarde, in Domino. Wittenberge die 5 Kalendas Augusti.¹

30

^a) et von Rogge ergänzt; Enders vermutet: vere incredibili. ^b) Enders vermutet: Deus perficiat, quod incepit (vgl. Phil. 1, 6) in hoc vasculo suo. ^c) Ich vermute: quo. ^d) Flemming Enders 17, 135 vermutet: n. = enim. ^e) Enders: satisfaciet. ^f) Enders: in. ^g) Enders: iam. ^h) Enders: hypocrisin. ⁱ) Rogge vermutet: verbosissimo. Bossert venosissimo. ^k) Enders: necdum statim intromitti oporteat et faciliora tractanda. Aber das gibt auch keinen Sinn. ¹) Der Abdruck im 'Archief' hat: die 3 Kalendas Augusti. Da das Datum aber mit 28. Juli aufgelöst ist, ist der Druckfehler 3 statt 5 anzunehmen.

¹) Persius Sat. 4, 52. ²) „Melancthon debütiert als theologischer Dozent aufs glücklichste mit seiner Römerbriefvorlesung.“ Diese hat eben bis 1520, ja 1521 hinein gedauert (s. o. S. 123⁸). Der Ausdruck 'pro tyrocinio suo' verbietet die Annahme einer Wiederholung der Vorlesung vom Sommer 1519. ³) Vgl. über Melancthons übervolle Kollegs Bd. 1. 197¹⁰ und über den neuerlichen Studentenandrang o. S. 96, 8f. 98, 15 ff. ⁴) „und daß sein Charisma der Zeit der Apostel ganz nahe steht.“ ⁵) App. 9, 1. ⁶) 'verbosissimo' wird die richtige Lesart sein, da Luther auch an Pellikan schreibt (Enders 3, 92, 7f.): sein Psalterium ekle ihn an ob verbositatem, confusionem et indigestum cahos.

Nr. 317.

Luther an Joh. Lang.

[Wittenberg.] 29. Juli 1520.

Schickt den Sermon von dem neuen Testament, d. i. von der heiligen Messe. Neue Schriften Wfelds. Luther will ihn ignorieren, ebenso den Isidorus de Isolani von Cremona. Verlobung Agricolas und Melancthons. Studentenaufruhr.

Original in englischem Privatbesitz. Photographie im British Museum. Danach hier erstmalig gedruckt.

Rndo patri Iohanni Lango Theologo Eremitarum Aug. Vicario Medio, suo in Christo Maiori.

Ihesus.

Salutem. Mitto sermonem de Missa¹, nouum incendium. Lipsensis Asinus contra me scripsit de vtraque specie sacramenti² ferturque noua plura in me moliri³, omnia mea subuersurus. Conspirant, imo eacant in eum Cellarius⁴ & Nouenarius seu Nouenianus⁵, sed contemno insignem insectiam & rusticitatem. Scripsit & Italus quidam frater anonymos

reuocationem mei ad S. Sedem Cremonę⁶, vt ostenderet mihi & Italiam
 10 non esse sine asinis; adeo insigniter delyrat homo barbarus & insulsissimus.
 nec ei forte respondebo.⁷ Magister Baccę Eyblebensis ducit vxorem
 puellam se dignam & si pauperem. famatur idem facturus philippus.⁸
 Ita Theologi fiunt coninges & Iuristę sacerdotes.⁹ cogitamus enim papisti-
 15 connersatione. Satan tentauit nuper seditionem apud nos monere¹¹, &
 Christo regnante non preualuit. Vale & pro me ora. 4 Calen Augusti
 1520.

F. Martinus Luther
 Ang.

¹) *Unsre Ausg. Bd. 6, 349 A der Grunenbergsche Urdruck.* ²) *S. o. S. 147⁵.* ³) *S. o. S. 148⁶.* ⁴) *Über Joh. Cellarius vgl. Bd. 1, 405² und dazu noch ThStKr. 1905, S. 402 ff. Die freundschaftlichen Beziehungen zwischen Norenian und Cellarius bezeugt ein Begleitgedicht, das dieser zu jenes Elementale hebraicum beisteuerte, und die Widmung Norenians an den Würzburger Kanonikus Moritz von Bibra und den Leipziger Bürgermeister Ägidius Morch, in der Norenian letzterem dankt, daß er sich des Cellarius freundlich angenommen habe, als dieser, ein Fremdling ohne Konnexionen, in Leipzig ankam. — 'Conspirant in eum' muß doch heißen: „Es verbänden sich wider ihn . . .“ Cellarius stand wohl damals schon auf der Seite Luthers, auf der ihn sein am 24. Dezember 1520 niedergeschriebenes und alsbald von Melchior Lotther gedrucktes 'Iudicium de Martino Luther' (Enders 3, 31; Geß, Akten und Briefe 1, 157¹) zeigt. Ob aber auch Norenian vorübergehend mit Luther sympathisiert hat? ⁵) Philippus Norenianus aus Haßfurt, W. 1513 in Leipzig immatrikuliert, 4. September 1515 bacc., 28. Dezember mag. artium, 18. Mai 1525 bacc., 22. Juni lic. med., 17. März 1528 Dr. med. Bei Valentin Schumann in Leipzig ließ er erscheinen am 27. Jan. 1520 ein Elementale hebraicum (das eine der beiden Zwickauer Exemplare trägt die Widmung: Egregio d. doctori Haynis; sie gilt Joh. oder dessen Bruder Matthäus Hennig von Großenhain, vgl. AfRg. 23, 294), 1521 eine Neuausgabe der Lipsica des Hermann v. d. Busche (Neues Archiv f. Sächs. Gesch. 21, Beiheft S. 114¹⁰), 1529 eine Rut und Gemeinde von Halle unterm 20. Juli zugeschriebene „schöne Verordnung von den der Pestilenz Ursachen, Zeichen, Erzeien“ (Archiv f. Gesch. d. Medizin 15, 89). In Halle gehörte er zu den Führern der altgläubigen Partei (Herzberg, Gesch. d. Stadt Halle 2, 93, 100, 218, 221; Kawerau, Briefwechsel des Justus Jonas 2, 16, 71; Lemmens S. 98). Gest. 1563 (Herzberg S. 271). ⁶) Bd. 1, 558. ⁷) S. u. S. 162, 8 ff. ⁸) S. o. S. 147, 21 f. ⁹) Letzteres mit Beziehung auf Justus Jonas (s. o. S. 127)? ¹⁰) Luther meint die Aktion, zu der als „Vorspiel“ die Schrift De captivitate Babylonica ecclesiae erschien. ¹¹) S. o. S. 143³.*

Nr. 318.

Luther an Joh. Thurzo¹, Bischof von Breslau.

Wittenberg, 30. Juli 1520.

Briefüberbringer der von Wittenberg nach Breslau reisende Dominikus Schlepner.² Luther tröstet den Bischof in seiner Krankheit.

Am 1. August schrieb auch Melanchthon an den Bischof (CR. 1, 209). Da dieser schon am 2. August starb, so haben ihn die beiden Briefe nicht mehr erreicht.

Gleichzeitige Abschrift: 1. Gotha B 20, 25^a. Gedruckt: 2. Abraham Scultetus, Annalium euangelii saeculo decimo sexto per Europam renovati ab a. 1516 ad a. 1536 decas prima p. 59 (bei Hermann v. d. Hardt, Historia literaria reformationis pars V p. 33). 3. Christoph Schlepner, Vier Predigten vom Steigen und Fallen des Papstes zu Rom 1618 (s. Bd. 1, 622 unten), Vorrede Bl. a 4^b (wohl nach 2). 4. Daniel Gerdes, Introductio in historiam euangelii saeculo XV renovati pars II, Monumenta Nr. II p. 6 (nach 2). 5. Anschuld. Nachrichten 1734, S. 713 (nach dem Original oder einer Abschrift aus dem Besitze Christian Schlegels in Gotha). 6. Strobel-Kammer S. 56. 7. de Wette I, 472. 8. Euders 2, 447. Wir folgen in der Hauptsache I.

Reverendissimo et amplissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Iohanni, Episcopo Ecclesiae Vratislaviensis, Domino suo gratioso ac patrono unice colendo.

Ihesus.

Sese commendat.^a Quamquam ego, Reverendissime Praesul, rationem meae parvitat⁵is habens, ut ad omnes alios magnates, ita ad tuam magnitudinem praecipue timide scribo, animum tamen^b erexit^c venerabilis vir^d Dominicus Schlepner, R. P. T. addictissimus, qui hinc pietate, qua in suum episcopum affectus est, solvit, visurus, quid rerum Dominus operetur^e in mortali corpuseulo P. T. Nolu¹⁰it autem sine meis literis ire, persuadens me rem facturum non ingr¹⁰atam R. P. T. Ego sane fateor et me nonnihil, imo multum eum R. P. T. aegrescere, quod ecclesiae Dei compati¹⁰or, cui pro¹⁰h dolor rari^f dantur, qualem P. T. R.³ dedit, episcopi^g. cum nunquam magis eguerit talibus. Ceterum confido, quod manus eius percutiet et sanabit⁴, atque, qui R. P. T. tam insignibus ornavit dotibus,¹⁵ non deerit, ut det⁵ virtutem fortitudinemque omnia constanti, christiano episcopalique animo ferendi et standi in omnes sanctas voluntates eius. Si vita negabitur ecclesiae, prosit mors. Potens est autem tam ex vita quam ex morte P. T. ecclesiam suam iuvare, pro divitiis voluntatis suae.^h

Non haec¹ scribo, quod necessarium arbitrer^k animum tum confortari in Domino (quamquam quis est tam fortis, qui non egeat vel minimi fratris solatio?), sed quod communia nobis omnia voluit et fecit is, qui pro nobis omnia factus iussit, ut alter alterius onera portaret⁶, ne ullus

25 snus fidelis solus viveret aut solus moreretur, sed in communione sanctorum securus per omnia ageret et pateretur. Itaque quantum nos contristat communis P. T. aegritudo aut, si Dominus volet, etiam futura mors, tantum nos rursus lactificat, quod nec sola patitur nec sola vivit anima tua, sed vivimus et patimur cum illa et cum omnibus Christus Ihesus, medium cordis nostri, in quo sancte valeat R. P. T., et meae
30 temeritati ignoscat. Literae enim priores P. T. R. animosum me fecerunt, cum sint magnae humilitatis et charitatis, ut eruditionem taceam, plenissimae et inter sacra mea perpetuo monumento¹ servandae. Iterum valeat R. P. T. in Christo et me commendatum habeat. Wittenbergae 3. Cal. Aug. 1520.

35

T. R. P. filius

Frater Martinus Lutherus

Aug.^m

^a) fehlt 5—7. ^b) sed 5. ^c) I traxit, aber von anderer Hand in erexit corrigiert. ^d) fehlt 5—7. ^e) operaretur I. ^f) raro 5—7. ^g) episcopum I. 5—8. ^h) eius 5—7. ⁱ) hoc 2—7. ^k) arbitror I. ^l) momento 5. monumenta 6. 7. ^m) Diese Unterschrift fehlt I. 6.

¹) Vgl. über ihn o. S. 86³. ²) Vgl. über ihn o. S. 51¹³. ³) Entweder aufzulösen: 'Paternitas tua rev.' oder: 'paternitatem tuam rev.': „der leider wenige Bischöfe gegeben werden, wie Du einen abgegeben hast“ oder: „wie Gott ihr einen in Dir gegeben hat“. ⁴) Hiob 5, 18. ⁵) „wird nicht verfehlen, zu geben“. ⁶) Gal. 6, 2.

Nr. 319.

Luther an Michael Wittiger¹ in Breslau.

Wittenberg, 30. Juli 1520.

Briefüberbringer Dominikus Schlepner. Luther befindet sich trotz vielen Feinden körperlich und geistig wohl.

Gleichzeitige Abschrift: 1. Gotha B 20, 24^b. Gedruckt: 2. Schüge 2, 32 („aus der Cyprianischen Sammlung zu Gotha“). 3. de Wette 1, 473. 4. Euders 2, 449. Wir folgen 1.

Frater Martinus Lutherus Augustinianus venerabili in Christo Domino Wittigero, Canonico Vratislaviensi, suo in Domino maiori.

5 S. Volebam nihil ad te scribere, vir integerrime, quando ipse Dominus Dominicus^a communis amicus, omnia praesens mihi videretur^b narraturus. Quae apud nos sunt, omnia cognovit. Sed voluit, ut vel unam lineam ducerem. Itaque facio, quod voluit. Scribuntur in me varii libelli

in Germania et Italia², sed bene habet. Scribunt non nisi asini asinissimi, suis seipsos ineptiis^c traducentes. Ego vero corpore belle satis valeo et animo, nisi quod mallem minus me peccare. Et quotidie magis pecco, quod tibi tuisque orationibus conqueror. Ceterum factio praedicatorum quievit, edito inter^d eos edicto, ne quis in me scribat.³ In locum eorum succedit populus Samasiae^{e4}, sacerdotes Bethaven⁵, fratres de observantia S. Francisci.⁶ Hi si vincent, vincent ruditate et stoliditate nimia. Non memini me legisse stupidiora capita, qui nec sentiunt, an vineant an vincantur. Miseram plebem hiis lupis expositam! Sed Dominus viderit, in quo tu bene vale. Wittenbergae 3. Cal. Aug. 1520.^f

^a) + Schlepner 2—4. ^b) melius videtur 2—4. ^c) ineptis 2. 3.
^d) contra 2—4. ^e) episcopus Bavariae 2. 3. ^f) + (als Unterschrift) T. Martinus Lutherus 2. 3.

¹) Vgl. über ihn o. S. 119⁸. ²) Luther denkt an Isidorus de Isolaniis, Bd. 1, 558.
³) Luther hat offenbar etwas gehört von dem Schiedsgericht, das im Mai 1520 zu Frankfurt a. M. zusammentrat und bei dem man übereinkam, daß der Ordensprovinzial vom Papste die Unterdrückung des Reuchlinschen Streites, Aufhebung der Ungültigkeitserklärung des Speierer Urteils und Auferlegung ewigen Stillschweigens für beide Parteien erbitten sollte (vgl. die Supplicatio Böcking. Suppl. 1, 446f., auch erwähnt im Hochstratus orans ebd. 471, 28 und 478, 35). Zudem nahm das damals in Frankfurt versammelte Ordenskapitel Hochstratus das Kölner Priorat und das Amt eines Inquisitors und legte ihm Stillschweigen auf (Nik. Paulus, Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther S. 99). ⁴) Vgl. 2. Kön. 17, 28. ⁵) Vgl. Hosea 4, 15, 10, 5. ⁶) Die Jüterboger Franziskaner waren Observanten (s. o. S. 69²⁹).

Nr. 320.

Luther an Joh. Hefß in Breslau.

Wittenberg, 30. Juli 1520.

Klagt über Hefß' Schweigen. Vom Briefüberbringer Dominicus Schlepner könne er mehr erfahren.

Handschriftlich: 1. Berlin, Ms. lat. theol. 8^o 91, 102. Gedruckt: 2. Fjücher, Reformationsgeschichte (f. v. S. 86, 118) S. 49. 3. Cunders 2, 450. Wir folgen 1.

Martinus Hesso suo S.

¹S. Si silentium facit monachum et religiosum, tu, Hesse mi, factus es omnium monachissimus et religiosissimus. Sed et ego temperabo mihi a multiloquio, donec tu violato silentio tuo reddes nos certiores, quis sis factus², et leves nos suspicione, qua suspicamur, te nostri oblitum et

litteras nostras contemnere. Vale, ex Domino Dominico petiturus, si quid scire volueris amplius. Vittenbergae 3. Calend. Augusti 1520.

Tuus frater Martinus Luther.

¹⁾ Vgl. *Melanchthon an Heß 1. August CR. 1. 208*: 'Perpetuum silentium tuum ut ferant alii, forsitan ex ipso Dominico exque D. Martini literis intelliges.' ²⁾ *Am 2. Juni war Heß zum Priester geweiht worden (s. o. S. 86³)*.

Nr. 321.

Erasmus an Luther.

Löwen, 1. August 1520.

Erasmus (wohl Briefüberbringer) persönlich kennenzulernen, ist ihm ein Vergnügen gewesen. Lee hat sich nur selbst geschadet. Auch andre Versuche, ihn bei König und Königin von England anzuschwärzen, sind fehlgeschlagen. Lutherfeinde in Löwen. Rät Luther zur Mäßigung. Bittet ihn, seinen und seiner Freunde Namen nicht seinen Schriften beizumischen; er sei schon stark verdächtig. Luthers Operationes in psalmos gefallen ihm, soweit er sie gelesen. Grüße an Melanchthon und Kartstadt.

Auf diesen erst neuerdings zum Vorschein gekommenen Brief deuteten schon folgende Stellen in Briefen des Erasmus hin: An Gerhard Geldenhauer 9. September, *Allen 4*, 339: 'Male metuo misero Luthero; sic undique fervet coniuratio, sic undique irritantur in illum principes ac praecipue Leo pontifex. Utinam Lutherus meum secutus consilium ab odiosis illis ac seditiosis abstinisset! Plus erat fructus ac minus invidiae. Parum esset unum hominem perire; si res haec illis succedet, nemo feret illorum insolentiam. Non conquiescent, donec linguas ac bonas litteras omnes subverterint. Iam Capnionem rursus aggrediuntur, tantum odio Lutheri, qui me dissuadente nomen illius suo negotio admiscens et illum degravavit invidia et sibi nihil omnino profuit.' (Luther hatte in seiner Antwort auf das Verdammungsurteil der Löwener und Kölner diese an die Blamage erinnert, die sie Reuchlin gegenüber erlitten hatten und für die sie sich jetzt wohl an ihm schadlos halten möchten, *Unsre Ausg. Bd. 6*, 183, 37 ff. Erasmus bat ihn in unserm Briefe: 'ne nomen meum aut amicorum tuis scriptis odiose admisceas', unten S. 157, 67). An ? Dezember (*Allen 4*, 399): 'Lutherus in dies scribit atrociora et plane videtur spectare ad seditionem me dehortante'. An Nicolaus Everardus 25. Februar 1521 (*Allen 4*, 444): 'Admonueram (Lutherum) ante menses sex, ne quid adderet odii.' An Joh. Wendel, 7. März 1526 (*Allen 6*, 275): 'Lutherum ante annos quinque literis privatim scriptis admonui, ut ad tam periculosum negotium, si suo fideret spiritui, adhiberet animum modis omnibus incorruptum.' Aber auch in einem Lutherbriefe findet sich eine Andeutung: an Spengler 17. November 1520 (*Erk. Ausg.* 53, 53 f.): 'Es hat mir wohlgefallen, daß er (Erasmus) von mir will ungenennet sein (vgl. unten S. 157, 67).' Luther fährt fort: 'Daß ihm auch drauf geschrieben und verheißen, sein nicht mehr also zu gedenken.' Leider fehlt diese Antwort Luthers auf unsern Brief.

Alte Abdruck in handschriftlichen Anhang des Sammelbandes T 73¹. 4^o der Königsberger Stadtbibliothek. Daraus abgedruckt ZKG. 49, 171—174.

Reverendo patri D. Martino Luthero theologo eximio.

 5 Amicum. Esto. Studia in te mea Adhuc Tibi obscura sint. Quippe qui Nullis Hactenus literis tuis fatigatissimis auribus obstrepui, ratus differendas, donec in Apertum venirent res Tue, Non quas timuerim lapsuras, Sed quas videbam in dies magis malis ingeniis displicituras. Continui igitur me. donec Extremum Hoc Odium illorum In te excitasses, Quo
 10 magis Animum In Te meum expertum haberes, quod rebus Aduersis placuit me tibi amicum esse. Que res sane difficillima, dum fides Amici sola fortuna nentiquam speranda¹ est. Quid michi de te promitterem, qui, si mala vota procedant, Vt hoc die migraturus es, Ita Scriptis tuis rerum omnium Summam felieiter turbantibus?² Sed perge, Christiane liber-
 15 tatis Amator, nichil moretur te Inuietum Munere, Minis, Adulacione, gere animum. Sat tibi praesidii Apud nostros Heluetios erit. Mirum est, quam te Ament Viri illi, dignum te ob erudicionem dueunt, cui patrocinentur. Liberalissime te habituri sunt, Si quando te illis credas. Si me dignum dueis, Quem inter amicos habeas, fac Scribe Ad me, vt dulcissimas literas
 20 tuas initi federis testes habeam. Vale Ex Constancia 1520 III. Nouembris.
 T. Sebastianus Hofmaister Heluecius
 Sa[erarum] li[terarum] doctor, Euange-
 lista Apud minores Constancie.

¹⁾ ²⁾ *liest spectanda, was 3 unter die Korrekturen aufnimmt. So hat H. wohl auch schreiben wollen: Im Unglück jemandem ein Freund zu bleiben ist eine sehr schwierige Sache, indem die Treue eines Freundes nur im Glück nicht zu erproben ist. Dem Sinne*

nach richtig Zwingliana 4, 143: „Keine leichte Sache, indessen auf Freundestreue im Glück allein ist kein Verlaß.“²⁾ Hier scheint ein dem 'migraturus es' entsprechendes Verbum zu fehlen. Zwingliana a. a. O.: „Was sollte ich mir in bezug auf Dich versprechen, der Du, wenn die schlimmen Wünsche in Erfüllung gehen, gleich heute wandern mußt, aber nur, indem Deine Schriften die ganze Welt in Aufruhr versetzen.“

Nr. 351.

Luther an Spalatin.

Wittenberg, 4. November 1520.

Zwei Briefe an Spalatin hätten anscheinend diesen nicht erreicht. Spalatin solle sich nicht auf Fürsten verlassen. Schickt 'Adversus execrabilem Antichristi bullam'. „Wider die Bulle des Endchriſts“ sei im Druck. Herzog Georg tobe wider ihu mit dem Bischof von Merseburg. Thomas Rhadinus = Emser. Er werde seine Appellation an ein Konzil erneuern. Von Matth. Adrianus habe Egran Luthern dasselbe berichtet, aber auch Egran sei Luthern feind geworden. Die Erfurter Studenten und der Bamberger Bischof gegen die Bulle.

Originat in Zerbit. Gedruft bei Hurijaber 1, 287^b; de Wette 1, 520; Enders 2, 508.

Eruditione & pietate insigni viro d. Georgio Spalatino, a Sacris duois Saxo[nie] Electoris, suo in Domino.

[Darunter von Spalatin's Hand: Doc. Martinus Lutherus Die IIII. Nomencl[is] M.D.XX.]

Ihesus.

5

Salutem. Et ego miror, quid intercedat, vt literas meas non accipias, Mi Spalatine. Bis enim scripsi¹, & nihil ad te peruenisse sentio. Gaudeo te aliquando videre vanas spes Germanorum, vt discas non confidere in principibus & desinas pendere in Iudicio hominum², qui mea siue laudant siue damnant, sicut hactenus pendes. Euangelium si esset tale, quod 10 potentatibus mundi aut propagaretur aut seruaretur, non illud piscatoribus Deus demandasset.³ Non est, mi Spalatine, principum & istius seculi pontificum tueri verbum dei, nec ea gratia vllorum peto presidium, cum potius oporteat eos assistere sibi aduersus dominum & aduersus Christum eius.⁴ Quod ago, ideo potius ago, vt ipsi suo in me offitio ver- 15 bum Dei demereantur⁵ & salui fiant per illud. Horum autem⁶ me miseret, qui audierunt & cognouerunt, Nam ii non possunt sine pernicie eterna ipsum negare, deserere & dissimulare, inter quos ne & tu nobiscum & multi amicorum inueniantur, timendum & pro spiritu fortitudinis orandum. Arduum est omnibus pontificibus & principibus dissentire, Sed alia 20

euadendi inferni & irę diuinę non est reliqua via. proinde vide, ne, qui in
 mea offenduntur acerbitate, tales sint, qui verbi causam vilem habeant
 & nescio quid humani cogitent. Qui enim pro dignitate rem ęstimat,
 nihil mirum, si exclamaret et rumperetur. Ego, nisi tu sic vrgeres, rem
 25 totam Deo committerem nec plura quam feci facerem, cum sciam solius
 eius consilio & opere rem agi oportere. Edidi latinam antibullam⁶.
 quam mitto; euditur & eadem vernacula.⁷ In quibus oro ne te moueant,
 qui indigne ferunt in imperia moderata debacchari. Moderata imperia
 non sunt Romani pontificis imperia, quibus Christus extinguitur & ab-
 30 negatio fidei mandatur. Ego prę mera indignitate rei breuis esse coactus
 sum. Ita me Satanica ista bulla exerueiat, peneque in totum obtieuissem.
 Quis enim Satan vnquam tam impudenter ab initio mundi locutus est in
 Deum? Sed quid dicam? Vincit me magnitudo horrendissimarum blas-
 phemiarum istius Bullę, & id nemo obseruat, prorsus persuasus sum
 35 Extremum diem adesse in limine multis & potentibus argumentis. Anti-
 christi regnum finiri incipit.⁸ Dux Georgius totus in me insanit cum
 suis sophistis & Episcopo Merspurgensi. Video seditionem portendi per
 istam Bullam incomponibilem, id quod decet officium Romanę Curie.⁹
 Emßer edidit in me furias suas sub nomine Thomę Rhadimi Todisci
 40 Romęque excudi curauit & nunc Lipsię.¹⁰ iis omnibus laus est insaniisse
 incredibili furia. Non scribam priuatim ad principes, sed publica
 schedula appellationem innouabo, inuocaturus ad adhesionem^b quoslibet
 Germanię magnos & paruos¹¹ & rei indignitatem expositurus^c, deinde
 conscientiam cuiusque conuenturus, ne impiis istis monstris in hora
 45 mortis suę obediuisse conuincatur. Cum Episcopo Moguntino nihil
 agam.¹² Sed ducem Georgium & Episcopum Merspurgensem compellam
 literis & vernacula (cum edita fuerit) antibulla, non quod sperem prae-
 fractos illos spiritus posse mitescere, sed vt meam conscientiam redimam,
 dum eis suum periculum aperuero. Impossibile est enim saluos fieri, qui
 50 huic Bullę aut fauerint aut non repugnauerint. Cętera dominus
 viderit & vos. De Adriano nostro eadem¹³ retulit nobis Egramus¹⁴.
 Sed & mihi factus est hostis¹⁵, causans, quod docuerim opera bona nihil
 valere, sed solam fidem, vixque coereitus est a publica mei infamia. deni-
 que insultauit mihi atque adeo prouocauit homo indoctissimus in re
 55 Theologica. Inutilis est prorsus, ac cito dimittendum.¹⁶ Lipsiam iuit, forte
 cum Eccio pacturus.¹⁷ fiat voluntas domini. Erfordiensis Academia
 requisita ab Eccio Imperiosissime non admisit Bullam, causans illegitime
 insinuatam.¹⁸ Babenbergensis Episcopus eundem^d simili casu recusauit.¹⁹
 Adulcentes Erfordię armati Eccium obsederunt & Bullas excusas fru-
 60 stillatim in aquam iecerunt d[icentes]^e: 'nunc vere est Bulla!' Senatus ad
 hęc dissimulat. Moguntina curia²⁰ nihil audet. Qua autem gloria Lipsię
 sit exceptus Eccius²¹, credo te nosse. Inuisus pene omnibus praeter prin-

cipem & Episcopum. Tu fac, quod spiritus tibi dixerit, ac vale. Vittemberge Quarta Nouembris 1520.

Martinus Luther Aug.

65

a) über der Zeile. b) korr. aus hesionem. c) expositurus <die>.
 d) Riederer, *Beytrag zu den Reformationsurkunden* S. 61: scil. Eccium, oder es soll eandem scil. bullam heißen. e) Enders ideo.

¹⁾ Die letzten auf uns gekommenen Briefe Luthers an Spalatin sind vom 11. und 12. Oktober (s. o. S. 193. 196). ²⁾ Vgl. o. S. 195, 26. ³⁾ Vgl. o. S. 202, 18f. ⁴⁾ Ps. 2, 2 rg.
⁵⁾ „daß sie (die Fürsten und Bischöfe) durch den Dienst, den sie mir leisten, sich um das Wort Gottes verdient machen?“ ⁶⁾ *Adversus execrabilem Antichristi bullam*. Schon am 29. Oktober sendet Peter Burchard ein Exemplar an Lazarus Spengler (*Unsre Ausg. Bd. 6. 595*).
⁷⁾ Wider die Bulle des Endchris, eine freie Bearbeitung der lateinischen Schrift, mit der Luther auch dem Laien seinen „schuldigen christlichen Dienst“ anbieten wollte (*Unsre Ausg. Bd. 6. 613*). ⁸⁾ S. o. S. 196⁷. ⁹⁾ „Ich sage, daß durch diese Bulle ein Aufruhr, der nicht beigelegt werden kann, vorbedeutet wird, wie es die römische Karie nicht anders verdient?“ officium hier in lutherfeindlichem, o. S. 210, 15 in lutherfreundlichem Sinne? ¹⁰⁾ S. o. S. 203¹⁰. ¹¹⁾ Vgl. *Unsre Ausg. Bd. 7, 81, 17 ff.*
¹²⁾ Albrecht hielt sich damals unter dem Einfluß Capitos zurück. Vgl. Hedio an Zwingli, Mainz 15. Oktober (*Zwingli sämtl. Werke 7, 355*): ‘Lutherus in hoc districtu dudum esset eombustus. Lutherani ἀποσπράγγοι, nisi is aliter persuasisset principi.’
¹³⁾ Dasselbe, was Spalatin Luther gemeldet hatte. ¹⁴⁾ Egranus, nach seinem Besuche bei Erasmus in Löwen, bei Luther in Wittenberg, s. o. S. 198. ¹⁵⁾ Subjekt ist Egranus. Schon damals entfernte er sich also in diesem Punkte von Luther. In einem Briefe von 1523 bezeichnete er als capita, quae in Luthero displicent: Sola fides iustificat. Opera nihil iustificationis habent. Und 1534 gab er heraus einen christlichen Unterricht von der Gerechtigkeit des Glaubens und von guten Werken (*Mitteilungen des Zwickauer Altertumsvereins 7, 19. 9 ff.*).
¹⁶⁾ „und man muß es schnell fahren lassen“. ¹⁷⁾ Unterm 25. Oktober teilte der bischöflich-naumburgische Kanzler Heinrich Schmiedberg Egran mit, daß Eck ihn in die Verdammungsbulle aufgenommen und am 21. September in Meißen mit angeschlagen hätte. Wenn Egran, wie es nach unserm Briefe scheint, von Wittenberg nach Leipzig gereist ist, dann muß er das schon vorher erfahren haben. Denn unsre Briefstelle: ‘Lipsiam ivit forte cum Eccio pacturus’ bedeutet doch wohl, daß er von Eck die Lösung vom Banne erwirken wollte. Nun ist Eck in der Nacht vom 3. zum 4. Oktober aus Leipzig entwichen. Als Egran in Wittenberg war, brauchte das noch nicht dort bekannt zu sein. Ein genauer terminus ad quem für Egrans Anwesenheit in Wittenberg ist daraus nicht zu erschließen. ¹⁸⁾ S. o. S. 206, 6f. ¹⁹⁾ Vgl. Riederer, *Beytrag zu den Reformationsurkunden* S. 61f.; Erhard, *Die Reformation der Kirche in Bamberg 1898*, S. 3; Kalkoff *ZKG. 37, 138. 39, 10*. „Erst auf das ungestüme Anhalten Eckens“ entschloß sich der Bischof, eine Abschrift der ihm von Eck übersandten beglaubigten Kopie der Bulle Pirkheimer und Spengler durch einen seiner Sekretäre und Notare präsentieren zu lassen, was am 19. Oktober geschah. Vgl. Pirkheimers und Spenglers Schreiben an den Bischof vom 30. Oktober bei Riederer, *Nachrichten zur Kirchen-, Gelehrten- und Büchergeschichte 1, 442* und dazu Pirkheimer an Mosellau, Neudorf 31. Oktober (*Abschrift Nürnberger Stadtbibliothek, Centuria V Appendix 34 m. Umschlag 5*): ‘Eckius . . . Babenbergam ad ordinarium meum episcopum ex itinere divertit ac ab eo, ut me publice per edictum citaret, petivit. At ille, cum sit princeps non minus humanus quam mihi favorabilis, id illi denegavit. Ut tamen molestam hominis a se reiceret impudentiam, private per secretarium (ut vocant) quendam bullam mihi cum citationis appendice transmisit . . .’

²⁰⁾ Nach Kalkoff, *Humanismus und Reformation in Erfurt* S. 57, die Beamten des Mainzer Hofes, der Siegler als Vorsitzender des geistlichen Gerichts, der Vicedom und der Schulltheiß als höchste weltliche Richter. ²¹⁾ S. o. S. 192¹⁾. 195⁴⁾.

[Enderš 2, 513 Nr. 363 bringt die erste antilutherische Schrift Thomas Murners „Ein christliche und brüderliche Ermahnung“ (Neuausgabe von Wolfg. Pfeiffer-Belli, Thomas Murners deutsche Schriften Bd. 6, 1927, S. 21 ff.), soweit sie Briefform hat. Da wir nur wirkliche Briefe aufnehmen, begnügen wir uns mit diesem Hinweis. Murners Schrift erschien bei Joh. Grieninger in Straßburg am 10. November 1520 (Panzer Nr. 986; Enderš 2, 513 unten; Nfse Ausg. Bd. 7, 615) und in 2. vermehrter Auflage am 21. Januar 1521 (Weller Nr. 1903; W. Kawerau, Th. M. und die Reformation 1891, S. 99²⁷⁾; Theod. v. Liebenau, Der Franziskaner Th. M. 1913, S. 144²⁾, auch in Zwickau 17. 10. 14⁸⁾). Die von Enderš 2, 514 oben aus Waldau angeführte „andere Ausgabe“, „gedruckt 1520 vff sant Katherinen abent“ = 24. November, ist vielmehr die 2. antilutherische Schrift Murners: „Von Dr. Martin Luthers Lehren und Predigen“ (Neuausgabe in Th. Murners deutschen Schriften 6, 88 ff.; Panzer Nr. 987; Kawerau S. 100³²⁾; v. Liebenau S. 151 ff.).]

Nr. 352.

Luther an Spalatin.

Eilenburg, 13. November 1520.

Hat die (deutsche?) Bulle von Spalatin erhalten. Erwartet die Rückkehr des Kurfürsten und seines Gefolges. Hutten's Überfall auf Caraccioli und Meander. Will die Bischöfe von Meißen und Merseburg, die die Bulle verkündigen wollen, an den Pranger stellen. Herzog Georg äußerlich zahm. Gegenchrift Melanchthons gegen Thomas Rhadinus = Cmsler. Melanchthons Hochzeit. Heinrich Schmiedberg's Tod und Testament. Tod des Bischofs von Breslau. Nachschrift: üppige Aufnahme bei den kurfürstlichen Räten in Eilenburg.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Hurifaber 2, 6^{b)}; de Wette 1, 523; Enderš 2, 523; die Nachschrift zuerst bei Burthardt S. 34.

Pio & erudito viro D. Georgio Spalatino, a Saeris principalibus Saxonie herois, suo in Domino chariss[imo].

[Darunter von Spalatin's Hand: Doc. Martinus L. 3^{ta} f^a post Martini M.D.XX.]

Ihesus.

Salutem. Bullam, quam misisti¹⁾, accepi, mi Spalatine, Expectamusque reditum vestrum felicem quottidie²⁾ cum multis nouitatibus & vna vetustate, que est Anlam Carolinam nullius spei esse. Gaudeo Huttenum prodiisse, atque vtinam Marinum aut Aleandrum interceptisset.³⁾ Ex-

communicatio Bullatica nobis non timetur, quamquam Episcopus istos 10
duos⁴ audiamus processuros, quos rursus & ego pulchre excepiam & in-
signibus suis ornabo.

Dux Georgius furentissimus apud se paulum
coercitus esse dicitur externe.⁵ Philippus noster Mel. respondet sub
nomine Faurentini didimi Thomę rhadino, id est Emsero personato.⁶

Nuptię Philippi altera Catharine erunt, ita festinare cogit linguarum 15
malarum periculum.⁷

D. Hinricus Schmidberg⁸ defunctus mihi legauit 100 florenos, quod
mihi nulla causa magis placet quam vt mortuus Iustus damnet viuos
impios, vt Sapiens ait⁹, & habeant, quod indignantur, qui Eccio ambitioso
phialas & aurum in verbi Dei contumeliam obtulerunt¹⁰, neque enim ego 20
ambiui. hoc iam altero signo monet eos Christus. Nam Eccii ignominia
Lipsię & Erphordię accepta quis non inter opera Dei mirabilia censeat?
adhuc tamen perseuerat induratus pharao, vt multa signa fiant. Sed tu
vide, vt spe bona fretus omnia maledicorum contempnas. Christus ista
cepit, ipse perficiet, etiam me sine extincto siue fugato. Ego nomine 25
eiusdem D. Schmidberg vocatus in Eylenburg^a veni, & ille interim abiit ad
ipsum dominum. Dicitur constantissimus in fide Christi decessisse atque
adeo (quod illos magna cruce afficiet) meam doctrinam & obseruasse &
publice commendasse. Vide ergo Christi praesentiam! Vrget Antichristus
Romanus & Satan per ipsum. sed maiorem se ostendit, qui in nobis est, 30
eo, qui in mundo est.¹¹ Eadem fide Episcopus Vratislaueriensis obiit¹²,
omnium Episcoporum huius seculi optimus. Multum perdit opinionis
Episcopus Merspurgensis, & Sanctula sanctitatula sua¹³ non sufficit pro
opereulo impietatis, qua papę plus statuit obedire quam Deo suo. Cętera
ex aliis. Vale in Domino. Eylenburgę 1520, tertia feria post Martini. 35

Mart. Luther.

Egregie nimis tractamur ab his heroibus D. Fabiano, Hubaldo &
Taubenheymio¹⁴ etc. Ego & Philippus¹⁵, qui te salutat.

^a) Eylenburg <nunc h>

¹) Am 10. Oktober erhielt Spalatin, wie er selbst in seine Chronik eintrug (Kleberg S. 37), bullam διάλογον εις την βουλαν αληθως βουλαν, d. h. den Dialogus bulla T. Curtio Malaciola eq. Burlassio autore (abgedruckt bei Böcking 4, 332—336, nach Kalkoff, Hutten und die Reformation S. 264² von Joh. Cäsarius verfaßt). Enders 2, 525^{1b} meint, daß Spalatin diese Satire Luthern zugesandt hätte. Aber der einzige Druck, den wir kennen, ist von Lotter in Wittenberg hergestellt worden, und der mußte doch hier Luthern eher als Spalatin in Köln zu Gesicht gekommen sein. Ist ein verschollener rheinischer³ Druck vorausgegangen? Oder hat Spalatin den Dialog in einer Handschrift erhalten und nach Wittenberg geschickt, wo sie alsbald in die Druckerei wanderte? Wahrscheinlicher ist's, daß Spalatin die deutsche Übersetzung der Bulle, die er im Auftrage des Kurfürsten angefertigt und in der Zeit 22.—28. Oktober Peter Quentell in Köln gedruckt hat, Luthern zuschickt (Kalkoff ZKG. 45, 382). ²) Am 7. November reiste der Kurfürst von Köln

ab, am 20. empfing ihn sein Bruder Herzog Johann in Eisenach (Kleberg S. 42f.).
³⁾ intercipere wie z. B. CR. 2. 272 oben = abfangen. — Den Drucken, die den Bericht über die Verhandlungen, die in Köln mit den päpstlichen Nuntien stattgefunden haben, in deutscher Übersetzung enthalten (s. u. S. 219³), ist ein Brief des Ritters Hans von Weißenbach an einen Freund, Koburg 11. Dezember 1520, beigegeben, in dem gemeldet wird, Hutten habe einen der beiden päpstlichen Legaten erstochen, während sein Geselle „schwerlich“ entkommen sei. In dem Druck Weller Nr. 1659 (nicht der Urdruck, wie Emlers 5. 525⁵ und Kalkoff, Hutten und die Reformation S. 264⁵ meinen, die ursprüngliche Fassung des Berichtes liegt vielmehr in dem Druck Panzer Nr. 983 und Weller Nr. 1965 vor, vgl. Zentralbl. f. Bibliothekswesen 43, 116 unten!) ist dies so abgeschwächt: Der Legat sei von Hutten „angerannt, etliche sagen: erstochen“. ⁴⁾ von Meißen und Merseburg. ⁵⁾ Am 18. Oktober schrieb Herzog Georg aus Leipzig an Eck (Geß, Akten und Briefe 1. 140f.): Die Universität habe ihm mitgeteilt, daß ihr ein Brief von Eck und ein Druck der Bulle überantwortet worden wäre, und habe ihn befragt, was sie in der Sache tun solle. Er zweifle, ob der Brief wirklich von Eck sei, habe auch aus der Bulle den Eindruck gewonnen, daß Eck nur beauftragt sei, sie den drei Bischöfen von Brandenburg, Meißen und Merseburg zu insinuieren und an ihre Domkirchen anschlagen zu lassen; daher habe er der Universität befohlen, mittlerweile, bis Eck eine genauere Erklärung gegeben, die Exekution der Bulle zu unterlassen. Dazu vgl. Spalatin an den Kurfürsten s. d. (ZKG. 2, 119): Herzog Georg habe den von Leipzig diesen Befehl gegeben in der Hoffnung, die Bischöfe von Merseburg und Meißen als die Ordinariern und Executores würden sich mit der Vollstreckung der Bulle nicht säumen; er habe das Odium von sich abwälzen wollen. „Weil er aber nit hat wollen anfahren, haben berührte Bischöfe auch unterlassen, sich etwas damit zu unterwinden.“ Also habe der gute Herzog wider seinen eigenen Wunsch und Willen die Publizierung der Bulle verhindert. — Eck antwortete aus Ingolstadt am 30. Oktober (Geß S. 143f.). Trotzdem wurde erst am 29. Januar 1521 angeordnet, die Bulle öffentlich anzuschlagen, doch sollte dabei, „das zu ufrur dienstlich“, Prozession und Glockengeläute, unterbleiben (S. 149).
⁶⁾ Melanchthons Gegenschrift: 'Didymi Faventini pro Martino Luthero theologo oratio' erschien erst Ende Februar 1521 bei Lotter in Wittenberg (Supplementa Melanchthoniana VI 1, 117f.).
⁷⁾ 26. November. Die Hochzeit sollte ursprünglich erst nach der Rückkehr des Kurfürsten stattfinden (CR. 1, 266); dann aber wurde ein früherer Termin angesetzt, um die Weiterverbreitung eines boshaften Klatsches über Melanchthons Braut zu verhindern (U. A. Tischr. 3, Nr. 3538, 4 Nr. 4095, vielleicht auch Nr. 4886).
⁸⁾ Heinrich Schmiedberg war der Sohn des Valentin (Becker von) Schmiedeberg, der Doktor und Professor der Medizin, auch bacc. iur. in Leipzig war, 1470 in den Rat gewählt wurde (G. Wustmann, Der Wirt von Auerbachs Keller S. 42) und am 19. März 1490 starb, und der 1495 verstorbenen Ursula geb. Proles. Seine Schwester Martha heiratete den Dr. med. Simon Pistoris in Leipzig und starb am 24. November 1497. Sie ist gemeint in dem Briefe des Andreas Proles an Hermann Keyser in Leipzig vom 27. Oktober 1499 gegen Ende: Salutate . . . dominos doctores bretinbach, Wylde, pistoris et ceteros fautores meos in Domino. Postquam Martha, Dei et pistoris dilecta, transiit, non adeo afficio ad lypczick (Kolde, Augustinercongregation S. 435). 1518 stiftete Heinrich Schmiedberg zum Andenken an seinen Vater ein Epitaphium in die Nikolaikirche zu Leipzig mit dem (jetzt im Städtischen Museum befindlichen) Cranachschen Gemälde „Der Sterbende“ (G. Wustmann, Aus Leipzigs Vergangenheit 1885, S. 102 ff.; Ed. Flechsig, Tafelbilder Lukas Cranachs d. Ä. und seiner Werkstatt 1900 Nr. 32; ders., Sächsische Bildnerci und Malerei 1, 1908, Einl. S. 6 ff.). Winter 1489 wurde Henricus Smdeberg de Liptck in Leipzig immatrikuliert, um 1508 zum Dr. iur. utr. promoviert (E. Friedberg, Die Leipziger Juristenfakultät und ihr Heim 1909, S. 127). Vorher hat er fünf Jahre lang in Bologna studiert. Das bezeugte ihm Christoph Scheurl in einem Schreiben aus Wittenberg vom 31. August 1507 an den Dekan und die Doktoren der Juristenfakultät in Leipzig, in dem

er ihnen sein Befremden darüber ausdrückt, daß sie seinen Freund „reprobiert oder suspendiert“ hätten, und sie auffordert, ihn bedingungslos in ihr Kollegium aufzunehmen; er werde ihnen allen zur Zierde gereichen (*Neue Mitteilungen aus dem Gebiet historisch-antiquarischer Forschungen* 19, 404). Am 20. November 1509 empfing Henricus Schmideberg, doctor de Lipszk, in Mersburg die Tonsur (G. Buchwald, *Die Matrikel des Hochstifts Mersburg 1469—1558*, 1926, S. 86), und am 16. Juni 1515 wurde Henricus Smidburgk, clericus Mersburgensis et utriusque iuris doctor, als coadiutor cum iure succedendi des altersschwachen Kanonikus von Naumburg Georg Schomberg von Leo X. bestätigt (Kalkoff, *ZKG.* 35, 186³). Am 13. Januar 1518 widmete ihm Mosellan zum Dank dafür, daß er ihn Herzog Georg empfohlen, folgende am 31. Juli 1518 in Köln erschienene Übersetzung: *Divi Gregorii cognomento theologi, episcopi Nazaneni, in natalitia Christi festa sermo* (O. G. Schmidt, *Petrus Mosellanus* 1867, S. 26). In der Überschrift der Dedikationsepistel wird er als Kanzler des Bischofs von Freising und Naumburg bezeichnet. Mit dem Statthalter Eberhard von Thor stand er an der Spitze der bischöflichen Regierung in Zeitz. Am 1. Oktober 1520 sandte ihm Eck von Leipzig aus, ihn als Generalvikar in spiritualibus und Offizial anredend, die Verdummungsbulle zur Mitteilung an die Geistlichen, die sie dem Volke bekanntgeben sollten. Am 20. fragten die bischöflichen Räte die während der Abwesenheit des Kurfürsten in Eilenburg tagenden Räte (es sind die in der Nachschrift unseres Briefs genannten), wie sie sich zu der Bulle stellen sollten; bei Verkündigung derselben sei ein Aufruhr zu befürchten. Die Räte gaben am 22. den Bescheid, daß sie sich als Laien nicht zuständig fühlten und deshalb die Frage an die gelehrten (d. h. juristischen) Räte in Wittenberg (Wolffg. Stehlin, Hieron. Schurf und Chr. Beyer) weitergegeben hätten. In der Tat kam es jetzt in Zeitz auf die Kunde von der bevorstehenden Exekution der Bulle zu Unruhen, wobei das Volk die Kurie des Kanzlers stürmte (*Ernst Zergiebel, Chronik von Zeitz* 1, 1896, 204). In großer Erregung reiste dieser über Leipzig nach Eilenburg, um sich dort persönlich mit den kurfürstlichen Räten zu besprechen. Unterwegs in Leipzig setzte er sein Testament auf, in dem er Luthern 100 Gulden aussetzte. Er bat Luthern, mit nach Eilenburg zu kommen, um ihn zu trösten und zu beruhigen, starb aber dort am 5. November, ehe Luther ankam (*ZKG.* 35, 188 ff.). Aus seinen letzten Lebens Tagen stammt sein Schreiben vom 25. Oktober an Egran in Zwickau, in dem er diesem, so leid es ihm auch tut, melden muß, daß die Bulle, in der unter den Anhängern Luthers auch er aufgeführt werde, am 21. September an die Tür des Meißner Doms angeschlagen worden sei. Er bittet Egran, sein neuerlich wieder angetretenes Predigamt so zu verwalten, ne vel offendiculum aut seditio vel discordia in diocesi Numburgensi oriatur. Er selbst habe von seinem Herrn den Abschied erbeten und erhalten. Nur die Pest habe ihn bisher verhindert, sein Amt niederzulegen; bei erster bester Gelegenheit werde er sich der zu selveren Last entziehen (*Beiträge z. sächs. Kirchengesch.* 4, 164¹, *Mitteilungen des Zwickauer Altertumsvereins* 6, 19 f.). Als lutherfreundlich war er übrigens schon zur Zeit der Leipziger Disputation bekannt. Daher widmete ihm Matthäus Hiscald, Benediktiner im Kloster Bosau bei Zeitz, der der Disputation beigewohnt hatte und darauf nach Wittenberg übersiedelt war, unterm 25. September 1519 eine Streitschrift (*Beiträge z. sächs. Kirchengesch.* 12, 60 ff.). ⁹⁾ 4, 16. ¹⁰⁾ *Miltitz an den Kurfürsten, Leipzig* 3. Oktober (*Tentzel-Cyprian* 1, 440): Herzog Georg habe dem Leipziger Rat geschrieben, daß man Eck einen verguldeten Kelch schenken solle und „fil golden darinne“. ¹¹⁾ *I. Joh.* 4, 4. ¹²⁾ Am 2. August, s. o. S. 152. ¹³⁾ „sein bißchen Heiligkeit“. ¹⁴⁾ Fabian von Feilitzsch, Haugold von Einsiedel, Hans von Taubenheim. ¹⁵⁾ Melancthon hatte Luthern nach Eilenburg begleitet, s. *Unsre Ausg. Bd.* 7, 94, 9.

Nr. 353.

Luther an Lazarus Spengler, Stadtschreiber zu Nürnberg.

Wittenberg, 17. November 1520.

Dank für ein (verlorenes) Schreiben Spenglers. Karlstadt und Melancthon seien nicht uneins, ebensowenig er (Luther) und Erasmus. Er lasse jetzt seine Appellation erneuert drucken lateinisch und deutsch. Die Bülle würden die Bischöfe wohl nicht exequieren. Er behandle sie als nicht rite überantwortet.

Gedruckt „nach einer Augsburger Abschrift im Suppl. der Leipz. WW. S. 30^a, nach dem Original (?) in den Anschuld. Nachr. 1759, S. 434, ferner bei Waldh¹ 21, 10, Walsch² 21, 308, de Wette 1, 525 und Erl. Ausg. 53, 53 Nr. 21; vgl. Enders 2, 527.

Dem fürsichtigen und weisen Lazaro Spengler, der Stadt Nürnberg
Schreiber etc., meinem besondern Herrn und Freunde.

Jesus.

Meinen Dienst etc. Ehrbar und Weiser, mein lieber Herr und Freund!
 5 5uer Schreiben und großen Mut in christlicher Wahrheit hab ich mit sonderu
 Freuden gelesen; Gott stärk Euch und uns allesamt mit seinen Gnaden.
 Dank Euch auch fleißig Euer großen freundlichen Sorgen, so Ihr von
 meinen und aller Wittenberger [wegen] tragt. Ihr sollt's aber gewißlich
 glauben, daß Dr. Karlstadt und Philipps aufs beste eins sein; wiewohl
 10 weilangs einer auf ander Weise in der Schulen etwas sagt dem der andere,
 daraus solche Reden vielleicht erwachsen sein.¹ Aber Magister Philippus
 ist von Gottes Gnaden so geschickt, daß er mit ihm keinen Zank haben wird.
 So ist mir's nie in meinen Sinn kommen, Verdruß oder Unlust wider
 Erasmus zu haben. Es hat mir wohlgefallen, daß er von mir will unge-
 15 nennt sein.² Hab ihm auch drauf geschrieben³ und verheißen, sein nicht
 mehr also zu gedenken, noch keiner andern guten Freund, dieweil es sie
 beschweret. Es haben die Leute viel solchs Dings von mir zu tichten und
 zu schreiben, drum wollt Euch ihre Red nicht lassen anfechten. Erasmus
 und ich, will's Gott, wollen wohl eins bleiben. Das ist wohl wahr, daß ich
 20 mit Philippo insgeheim zuweilen disputiere, wie nah oder weit Erasmus
 von dem Weg sei; das hat er auch und jedermann von mir zu tun ungefähr-
 lich und fremdlichen Gewalt. Ich will niemand am ersten angreifen; mir
 ist genug, mich, so ich angegriffen werde, beschützen. Ich laß iht meine
 Appellation verneuert⁴ drucken⁵ lateinisch und deutsch,⁶ wiewohl ich's nicht
 25 groß Not hab geachtet, so gar öffentlich und unverschämt ist die Bülle im
 antichristlichen Verdammieren. Wir wissen nicht, ob die Bischöfe exequieren
 werden.⁵ Wir halten's dafür, als sei sie uns nicht rechtlicher Weis über-

antwortet.⁶ Hiemit befehl ich mich Euch fur Gott, Amen. Zu Wittenberg im 1520. Jahr am Sonnabend nach St. Martini.

D. Martinus Luther, Aug.⁷ 30

¹) „Karlstadts Standhaftigkeit in den Tagen der Entscheidung [nach Eingang der Bannbulle] blieb auf Luther doch nicht ohne Eindruck. Beide Männer — durch die Kontroverse über den Jakobsbrief zeitweilig einander entfremdet — scheinen sich vorübergehend wieder nähergekommen zu sein . . .“ (Berge, Karlstadt I, 240). ²) Vgl. Erasmus an Luther Löwen I. August o. S. 157, 66f.: ‘Hoc tantum abs te petam, ne nomen meum aut amicorum tuis scriptis odiose admisceas . . .’ ³) Dieser Brief Luthers an Erasmus fehlt. ⁴) S. o. S. 196 ¹² ⁵) S. o. S. 211, 58. ⁶) S. o. S. 194. ⁷) Enders 2, 527¹: „Spengler schreibt an Pirkheimer 30. November 1520 (Riederer, Nützl. und angenehme Abhandl. I, 441), daß er von Luther einen tröstenden Brief erhalten.“ Unter diesem versteht er den unsern. Der Brief, den Enders im Auge hat, steht aber bei Riederer in: Nachrichten zur Kirchen-, Gelehrten- und Büchergeschichte I, 441, ist vom 30. Oktober 1520, und die Stelle darin: „So hat mir auch Dr. Martinus ein Brieflein geschrieben, tröst uns fast, wir sollen keckmütig sein, mit Anzeig, daß ihn das Spiel ansche, als ringe der Papst mit den Seinen nach ihrem eignen Unglück . . .“ (vgl. Luther an Michael Muris 20. Oktober o. S. 202, 15f.: ‘Iudicium Dei urget eos’) bezieht sich auf einen anderen, frühern, verlorenen Brief Luthers an Spengler.

Nr. 354.

Luther an Joh. Lang.

Wittenberg, 28. November 1520.

Freude über die Rückkehr des Kurfürsten. Herzog Georg raht. „Wir denken daran, der Appellation anzuhängen.“ Die vom Kurfürsten Meander und Caraccioli gegebene Antwort. Schmähschrift auf Meander. Bücherverbrennung in Köln und Löwen. Link ist nach Sternberg gereist.

Handschriftlich: 1. Gotha A 399, 113^b. Gedruckt: 2. Schütze 2, 36 („aus der Cyprianischen Sammlung zu Gotha“). 3. de Wette 1, 526 (nach 2). 4. Enders 1, 532 (nach 1).

Reverendo Patri D. Iohanni Lango, S. T. Magistro, Augustiniano Eremit.
Erphordiensi, suo in Domino.

Ihesus.

Salutem. Principem nostrum rediisse¹ gaudemus, Rev. P., et te oro, ut pro causa nostra ores. Dux Georgius insanit, imo plus quam furit. ⁵ Expectamus quotidie diras et fulmina ex illa parte. Nos cogitamus de adhaesione appellationis.² Video rem in tumultum insignem tendere; Deus bene vertat! Legimus responsum Principis nostri datum Hieronymo Aleandro et Marino, nuntiis Papae, eruditum et acutum, ita ut nihil apud

10 eum effecisse intelligamus. Mittam illud in tempore.³ Idem Aleander
famoso, sed ingenioso libello⁴ incessitur multis vitiis. Libellos meos
exusserunt Colonienses et Lovanienses.⁵ Quid futurum sit, ignoramus.
Vale in Domino. Vicarius⁶ ad Sternbergen⁷ ivit, sequitur eum F. Iohannes
conversus. Vittenbergae 1520, ante vigiliam Andreae.

15

Mart. Luther.

1) S. o. S. 214². Am 21. und 22. November blieb der Kurfürst in Eisenach, am 23. kam er nach Langensalza, am 24. nach Kindelbrück, am 25. nach Allstedt, am 27. nach Brehna, am 28. nach Eilenburg, am 29. nach Lochau. Kleberg S. 43f. — Ein Unbekannter schrieb Ende November 1520 aus Leipzig an Egran in Zwickau: Rediit dux Fridericus Elector, non parum consolationis inde sui suscipiunt, et iure (Zentrablatt f. Bibliothekswesen 43, 114). 2) Vgl. Knaake 7, 74: „Ob ein öffentlicher Anschlag (der erneuerten Appellation) stattgefunden hat, ist fraglich; noch Ende November wenigstens war es nicht geschehen, doch dachte man daran.“ Aber nach o. S. 211, 42 f.: „invocaturus ad adhaesionem quoslibet Germaniae magnos et parvos“. Unsr. Ausg. Bd. 7, 81, 20 ff. 89, 24 ff. ist zu übersetzen: „Wir (hier in Wittenberg) denken daran, der Appellation anzuhängen.“ Am 5. November meldete der Wittenberger Rat Fabian v. Feilitzsch und andern kurfürstlichen Räten und Statthaltern (Einsiedel, Taubenheim), daß Luther ihm angesonnen habe, „daß wir ihm in seiner Appellation adhärireren wollten“; der Rat habe ihm aber hinterm Rücken des (in Köln abwesenden) Kurfürsten oder wenigstens ohne Wissen seiner Statthalter nicht so eilend „dieselbe Adhärenzien“ zusagen wollen, habe sich Bedenkzeit ausbedungen und frage nun die Räte, was er tun solle. Die Räte gaben die Sache wieder an die „gelehrten“ Räte (Göde, Stehlin, Schurf, Beyer) ab (Tenzel-Cyprian I, 474. 2, 186, Walch² 15, 1608 f.). Als Luther unsern Brief schrieb, hoffte er offenbar, daß der Rat seiner Appellation beitreten werde. (Auch Walch² übersetzt nicht richtig: „Wir gedenken, an unsrer Appellation festzuhalten.“) 3) Am 4. November überreichten die päpstlichen Nuntien Aleander und Caracciali dem Kurfürsten ein päpstliches Breve mit der Forderung, die Bulle zu vollziehen, Luthers Bücher zu verbrennen und ihn selbst gefesselt dem Papste auszuliefern. Am 6. erteilte ihnen der Kurfürst seine Antwort. Einen Bericht über die mit den Nuntien gepflogenen Verhandlungen und eine Abschrift der ihnen erteilten Antwort schickte der Kurfürst am 18. November aus Homberg in Hessen an den Rektor der Wittenberger Universität Peter Burchard. Nach unserm Briefe hat Luther die Antwort gelesen und will sie Spalatin mitteilen. Auch Melanchthon hat sie gelesen. Er schreibt an demselben Tage an Spalatin (CR. I, 271): Wie christlich der Kurfürst gesinnt sei, hätten er und seine Freunde ersehen ex iis, quae Aleandro et Marino responsa sunt. Spalatin möge ihnen eine Abschrift verschaffen, denn die offiziell an den Universitätssenat geschickte hätten sie nur einmal, nachdem sie das Schriftstück mit List abgefangen hätten, eingesehen. Die Antwort müsse in weiteren Kreisen bekannt werden. Dieser Wunsch Melanchthons ging sehr bald in Erfüllung. (Auch Luther denkt wohl bei: „Mittam illud [responsum] in tempore“ an Drucklegung.) Außer im lateinischen Originaltext in Verbindung mit Ökolampads iudicium über Luther (= Ernst Stachelin, Ökolampad-Bibliographie S. 24 Nr. 36) erschienen der Bericht und die Antwort wiederholt in deutscher Übersetzung (Zentrabl. f. Bibliothekswesen 43, 115). 4) de Wette denkt an: *Autareia*. hoc est supplicatio ad Deum Optimum Maximum pro Germania, habita in celebri quadam Germaniae urbe in die cinerum (nach Kalkoff von Hermann von dem Busche, nach Strauß von Crotus Rubianus, vgl. meine Beiträge zur Reformationsgesch. 3, 18¹; ein Ex. mit der Widmung von Crotus' Hand an Spalatin angezeigt in: Mitteilungen aus dem Antiquariat, von S. Calvary & Co. I 1, 1868, Verzeichnis S. 3). Aber diese Satire ist erst kurz vor Luthers

Ankunft in Worms verfaßt (Enders 2, 533⁴) und zuerst 1521 von Hans von Erfurt in Worms gedruckt worden (Böcking 2, 52; v. Dommer, Autotypen der Reformationszeit auf der Hamburger Stadtbibliothek S. 14 Nr. 65; Schottenloher, Gutenberg-Jahrbuch 1927, S. 63 Nr. 22). Auch die Abschrift Spalatin's auf der Weimarer Landesbibl. hat auf dem Titel von dessen Hand die Jahreszahl MDXXI. — Böcking 3, 452 denkt an die Epistola Udelonis Cymbri Cusani de exustione librorum Lutheri et monachorum Dominicanae factionis nequitia mit der Expostulatio cum Aleandro (vgl. Kalkoff, Aleanderdepeschen² S. 28 unten und 45¹; ders., AfRg. 1, 60). Mir scheint das 'multis vitiis' hinzuweisen auf den Hochstratus orans mit der am 4. November in Köln öffentlich angeschlagenen Epistel des Velamus Alanus. Hier werden Aleanders „Dünnelhaftigkeit, Jähzorn, Habgier und unmäßige Ruhmsucht“ gegeißelt, seine „Weichlichkeit, niedrige Gesinnung und selbstgefällige Redseligkeit“ (Kalkoff, Aleanderdepeschen S. 27²; ders., AfRg. 1, 59 ff.).³) In Köln am 12. November, in Löwen schon am 8. Oktober. Vgl. Erasmus an Justus Jonas Köln 11. November 1520 und an einen Unbekannten Löwen Dezember 1520, Allen 4, 375. 398. Über die Bücherverbrennung in Löwen vgl. Kalkoff, Die Anfänge der Gegenreformation in den Niederlanden 1, 21 ff. ⁶) Link. ⁷) Sternberg in Mecklenburg, wo Link das Augustinerkloster visitierte. Vgl. sein Schreiben an Herzog Heinrich von Mecklenburg aus Sternberg vom 25. November bei Reindell, Linck 1, 262 f.

Nr. 355.

Luther an Spalatin.

Wittenberg, 29. November 1520.

Briefüberbringer der kurfürstliche Beichtvater Jakob Vogt. 'Assertio' und „Grund und Ursach“. Bittet abermals um eine Abschrift der den päpstlichen Nuntien erteilten Antwort.

Gedruckt: 1. Hurifaber 1, 293. 2. de Wette 1, 527. 3. Enders 2, 534.

Erudito et bono viro, D. Magistro Georgio Spalatino, a sacris et literis principalibus Saxoniae, suo in Domino.

Salutem. Dedi literas¹ ad te in Grimmam ennti nuntio, mi Spalatine; nunc veniente V.² Patre Iacobo, alias do, forte venturas citius quam illas. Articulos singulos damnatos a Bulla mox aggrediens suscipio defendendos singulos, sicut scripsisti, et a me peti intelligo.³ Caeterum, nisi tu multa libertate vernaculo redditurus es, atque maiore, quam haecenus reddidisti⁴, mihi provinciam istam relinque.⁵ Figuras enim et argutias sententiarum et disputationum nulla prorsus reddit interpretatio, nisi sit libera; ut taceam, spiritum auctoris quam referre sit laboriosum. Non quod ¹⁰ dubitem te id posse, cum sis mire facilis in reddendo, sed quod paulo captivorem te et nullam integram sententiam mutare te audentem video, id quod necessarium est.

Visum est autem id libelli sub nomine Fabiani Feilitsch⁶ edere, viri nobis mire commendati. Quare tu fac. titulum aulicum eius mihi quanto- ¹⁵

cuis indices et Latine et Germanice. Et Germanica tu uteris, ego utranque nosse volo, pro iudicio ad Latinam formandam; ita ego praeibo, tu strenue sequeris. Parentes mei cum sororibus⁷ nuptias honorarunt Philippi, aliis honestissimis viris adiunctis imo et eruditissimis.

²⁰ Rogo iterum⁸, ut exemplum responsionis Principis habere mereamur. Illi enim ne secundo quidem legendum tradere volunt.⁹ Caetera in literis prioribus cum libello de libertate christiana¹⁰ accipies. Vale, et ora pro me. Wittenbergae, vigilia Andreae 1520.

Martinus Lutherns, August.

¹) *Fehlender Brief.* ²) = Venerabili. *Der kurfürstliche Beichtvater Jakob Vogt ist gemeint.* ³) *Die Assertio omnium articulorum per bullam Leonis X. novissimam damnatorum hat Luther also auf Wunsch Spalatin bzw. des Kurfürsten verfaßt: Unsrer Ausg. Bd. 7, 91. Vgl. auch Spalatin an den Kurfürsten 3. Dezember (ZKG. 2, 121): „Doctor Martinus . . . ist gar unerschrocken und hat das new buchlein, alle artikel in der bullen verworffen, berayt angefangen und ein sextern daran gemacht.“* ⁴) *Spalatin hat die Tessaradecas und die Confitendi ratio übersetzt (Unsrer Ausg. Bd. 6, 102. 155). Die bei Weller, Repertorium typographicum Nr. 1524 angeführte Übersetzung Spalatin von De libertate Christiana ist Unsrer Ausg. Bd. 7, 40 nicht erwähnt.* ⁵) *Die deutsche Bearbeitung der Assertio, zu der sich Spalatin erboten hatte, übernahm Luther selbst: Grund und Ursach aller Artikel, so durch römische Bulle unrechtlich verdammt sind. Unsrer Ausg. Bd. 7, 299f.* ⁶) *Über die Widmung der Assertio an Fabian v. Feilitzsch s. u. S. 229, 7 ff.* ⁷) *Von Luthers Schwestern haben sich drei verheiratet, und zwar mit den Mansfelder Bürgern Polner, Mackenrod und Kaufmann.* ⁸) *Das erstmal in dem fehlenden Brief.* ⁹) = *die vom Universitätssenat, die Melancthon und Gen. für einmal Einsicht in das ihnen offiziell zugegangene Exemplar gewährt hatten, s. o. S. 219³.* ¹⁰) *Ein Exemplar des Grimnbergischen Urdrucks des Tractatus de libertate Christiana hatte Luther also dem nach Grimma zu Spalatin gehenden Boten mitgegeben. Am 16. November war der lateinische Traktat „noch nicht ganz gefertigt“ (Unsrer Ausg. Bd. 7, 39). Der verlorene Brief war also etwa vom 20. November.*

Nr. 356.

Luther an Fabian von Feilitzsch.

Wittenberg, 1. Dezember 1520.

Widmet ihm seine Schrift *Assertio omnium articulorum*. Die Widmung ist abgedruckt Unsrer Ausg. Bd. 7, 94f.

Nr. 357.

Capito an Luther.

Mainz, 4. Dezember 1520.

Eds prahlerischer Brief an Hochstraten. Krieg droht auszubrechen. Obgleich Luther und Hutten nicht schuglos dastehen, scheinen die Gegner im Vorteil zu sein. Das Volk z. T. auf Seite Luthers, z. T. auf der der Romanisten. Der Dialog Hochstratus ovans und Eds und Aleanders Stellung dazu. Bücherverbrennung in Köln (und Mainz?). Zwei antilutherische Tractschriften Thomas Murners. Abermals Befürchtung, daß es zum Kriege, zu Gewalttätigkeiten kommen möchte. Rät Luther zur Geduld und zu einem gütlichen Vergleich.

Drucke: I. Bibliotheca Bremensis Class. IV Fasc. V (1721), p. 924. 2. (aber nur S. 223, 41 Cupio — S. 52 manum) Sculteti anal. in von der Hardt, Hist. literar. reformat. P. V p. 23. 3. Enders 3, 3.

S. Comminatus es, ut audio per amicos¹, saepenumero, at malum inerudescit indies, tota vis mali rupto ulcere aliorum erumpet. Res agitur aliena quadam violentia, sed humana partim est, nihil mirum, si quid humani spiritus habet, cuius comes erit, qualis humana comitatur.²

Eccius triumphantem epistolam Coloniae scripsit³, qua iactat, quantum Lypsiae successerit Christi negotium, sic enim vocat suas syeophantias. Infestius nihil vidi, quam illic sophistae sunt barbari, stulti, ἄθεοι, ἄνομοι, sine literis, sine gratiis, sine fide, imo prorsus expertes humani ingenii. Classicum⁴ dedisti tuba toties, et Huttenus nobiscum cecinit bellicum⁵, mox armis periclitaturus. Tibi opinor isthic tuta praesidia, nec nostrum ver perugia destituent.⁶ Adversarii fortissimis munimentis et castris et vallo septi, pecuniis, armis, satellitio amplissimo freti. Stat a parte tua populi quaedam consensio; non minima vero facit cum Romanistis. Hui, clamant, quae haec rerum deformitas, a priscis decreta in dubium vocare impune privatam homuncionem! Vicissim saniores: Quanta impietas dogmata Christi extinguere humanis decretis! Quorsum haec? Nimirum huc, quod omnia dissideant gravissimo tumultu, qui quorsum vergat, incertum. Sunt, qui verentur, ne ista turba omnis imago pietatis oblietetur. Nam tua forte sinistra, ut fit, accipiunt.

Lusit quidam⁷ Coloniae dialogum quandam in Hochstratum⁸, perstrinxit Eccium et Aleandrum, incendiarium librorum, et me quoque nonnihil adpersit, forte non admodum volentem, certe dissimulantem.⁹ Eccius Coloniae rescripsit furias.¹⁰ Aleander tacite decoquit indignitatem, pronuncians iocos non satis salsos¹¹, ideirco notatus est acri epistola, carmine non omnino pessimo, deinde altero quodam doctiore et multum fellis habente.¹² Me infense observat, hominem, ut scis, pacis et tranquillitatis observantissimum.¹³ Exussit enim Coloniae libros tuos

magno successu¹⁴, sed me absente infelicissime tentatur, multo infelicius consummatur.¹⁵ Exsibilatur a populo ceu Iudaeus, qui praetextu religionis sit Mosis gloriam illustraturus¹⁶, quasi parum christianus sit, qui ex Iudaeis est christianus hac tempestate. At populus diversificatur.¹⁷ Ignominia combustionis multos absterret, rursus multos exaeuit in odium Romanensium. Thomas Murnar duos libellos vernacula lingua edidit¹⁸ inde¹⁹, sed locis haeret²⁰ omnibus, valde tamen populariter, hoc est, ex stomacho Romanensium suorum²¹, nigrae famae est, sed exercitae linguae, et qui multum eurrere soleat extra viam, quod vulgus insipidum et obscurum non animadvertit. Video futurum, quod semper timui, ingenium tyrannicum caput fore negotii, et omnia illos acturos vafre, per cuniculos praeterituros, supra hominem ex Adamo genitum, citra leges consistere.²² Olfacias, quae reticeo, revoca mentem ad priora tempora et perpende, quot^a eruenta bella excitarit eruenta tyrannis. Cupio refflorescere Christum; armis an patientia refflorescat, compertum habes. Nata est religio, aucta est, firmata est ab innocentibus, ab imbellibus, tolerantia gladios furiosis e manibus excusserunt inermes. Quae vero gens ab hoplomachis eruentis candidam religionem susceperit, non observavi; quamquam haud ignorem veterem legem, cui nos videmur persimillimi, assertam esse manu saepius, et a nostris tentatum interdum, non dico quam feliciter, neque quam pie, quia interim decrevit res nostra.²³ Idcirco vehementer deterres deditos tibi significantia praesidiorum et armorum²⁴, etiamsi intelligam forte rationem consilii tui, quae apud me prope alia est. Nam quod alte haeret, non semel evellitur; sensim est et subinde labefactandum, ut tandem sequatur trahentis manum. Nunc vero rebus semel commotis, quae facies rerum, qui motus, quot incertos aestus²⁵ nemo non videt, nisi qui non viderit naturam perturbatae multitudinis. Quare nullam video superesse spem salutis, nisi quieto animo, liberi morbis terris²⁶, utrinque coieritis et alteri alteris quippiam concesserint. Si malum fuit commovendum, nunc iterum sedandum esse arbitror. Novare omnia in novam faciem agnus ille potest²⁷, nos vero turbare omnia facile possumus, non autem in nobis situm videtur placare turbata, quod humiliter, ut dixi, divino afflatu conandum; id efficiet, si visum, forte Christus; id ipsum videt, quod nos vix cogitatione apprehenderimus. Ingenue fateor tibi, frater charissime, quod semper magis ac magis de negotio addubito; neque id iniuria. Perspicuum enim est ex usu rerum, quam facili momento vulgus vertatur, modo velit optime, mox pessime. Non dico negotium Christi intermittendum, sed condonandum crassiori plebi multa. Sunt quae dicis, quaedam necessaria christiano, sunt quae nominatim ignorata ex prioribus suapte sponte intelligerentur. Quarum rerum notitiam recentem tenes, utpote instructissimus sacris et pro castris quotidie propugnans cum hostibus. Repone animum in cogitationem nostrae imbecilli-

tatis, lacte pastos inidoneos non cibo solidiore²⁸; ne exstinguas nimia 70
 sedulitate plebeiam devotionem; ne praedica per contentionem, sed per
 charitatem verbum Christi.²⁹ Omnia haec, quam stulta sint scripta,
 eognosces a Capitone^b, cupiente videlicet optima Luthero et optante
 pacem conanteque rem ad concordiam pro viribus perducere; neque
 dubito, quin idem tibi sit animus, quem permittere haecenus noluerunt 75
 adversarii, quorum finis interitus³⁰, siquidem ex contentione natis, si-
 quidem conflatis ex facis, sycophantiis, imposturis. Orandum est, ut sit
 pax in diebus nostris per Iesum Christum, in cuius nomine perpetuo
 valeas, christianissimum pectus et cor meum. Mogunt[iae]. prid. Non.
 Dec. Anni XX.

T. Capito. ⁸⁰

^a) ? I: quod.
 esse „Capitone“ I.

^b) In Apographo scriptum erat „Coena“, sed puto scribendum

¹) *Vielleicht eher zu lesen: Commonitus es (oder comminutus es, Du hast Dich erreichen lassen), ut audio, per amicos saepenumero.* ²) „aber sie betrifft z. T. Menschen, und du ist's nicht verwunderlich, daß sie etwas menschlichen Geist in sich trägt, deren Begleiter er (der Geist) sein wird, wie er menschliche Angelegenheiten zu begleiten pflegt“? ³) *Über diesen schon Bd. 1, 425¹⁶ erwähnten Brief Ecks an Hochstraten in Köln, Leipzig 21. Juli 1519, vgl. Wiedemann, Eck S. 501; Allen 4, 121. Druck von Joh. Grunenberg in Wittenberg. Abgedruckt Opera varii argumenti 3, 476—78. Exemplare in Königsberg St. (ZKG. 49, 161) und Zwickau RSB. 17. 9. 7²⁶.* ⁴) S. o. S. 164⁶. ⁵) „auch Hutten bei uns hat in die Kriegstrompete gestoßen“. ⁶) *ver = ver sacrum? Hutten und Gen. (Hermann v. d. Busche)? „Auch unsre opferwillige Kämpferjugend werden Zufluchtsstätten nicht im Stich lassen“? Wahrscheinlich Textverderbnis.* ⁷) *Hermann v. d. Busche (Kalkoff, AfRg. 1, 59 ff.)? Vgl. Erasmus an Capito, Löwen 6. Dezember 1520 (Allen 4, 395): 'Si potes subodorari, quis sit autor, mone, ut libellum premat nec sinat rursus excudi.'* *Erasmus scheint anzunehmen, daß Capito mit dem Verfasser in Verbindung stehe.* ⁸) *Böcking, Suppl. 1, 462 führt von dem Hochstratus ovans drei Ausgaben an und druckt p. 463—88 den Dialog ab. Capito hatte ihn wohl kennengelernt aus dem Exemplar, das Ludwig Carinus, der im Frühjahr als sein Sekretär von Basel nach Mainz gekommen war, am 23. Oktober von Wilhelm Nesen frisch von der Presse erhalten und gleich tags darauf, 'antequam gratiam novitatis exuat', an Spalatin weitergegeben hatte. Vgl. Heikel, Manipulus primus epistolarum singularium p. 47; Kalkoff, AfRg. 1, 65 f.; ders., W. Capito im Dienste Erzbischof Albrechts von Mainz S. 37. Dieses Exemplar tauchte 1868 im Antiquariatsbuchhandel auf (Mitteilungen aus dem Antiquariate von S. Calvary & Co. I 1 Oktober—November 1868, Verzeichnis S. 10). Pastor Kraft in Elberfeld erwarb es (Steitz im Archiv f. Frankfurts Gesch. N. F. 6, 103¹). Auf dem Titel die drei Autographen: Guilelmus Neseus Carino suo dono mittit. / Carinus Spalatino suo mneri dedit. / Io. a Taubenheim legat et remittat MDXX. (Die letzte Zeile von Spalatin's Hand.) Spengler an Pirkheimer 5. Dez. (Riederer, Nachrichten 2, 187): „Dialogum intitulatum Hochstratus ovans hab ich vorlang gehabt, aber dem Dr. Reuchlin . . . zugeschickt . . .“ ⁹) „auch mich hat er etwas mitgenommen, als wenn ich nicht eben den besten Willen zeigte, gewiß aber den Achselträger machte“ (Kalkoff, AfRg. 1, 64 f.). Capito hat hier die Stelle Böcking p. 480, 12—18 im Auge, wo Hochstraten sagt: 'Verum de Capitone scias, quod nebulo cautissimus sic rem attemperat, quod eum et humanitatis periti inxtaque sophisticas antesignani patienter ferant, summus tamen*

pontifex, quo minus forte cum caeteris latret, ei offam obiecit, imo autoramento in suas partes conduxit, nam praeposituram donavit sancti Thomae Argentinensis ecclesiae (vgl. dazu Kalkoff, *Capito* S. 7 ff.); magis itaque mutus erit quam piscis, subducet se ex eruditorum causa et fortissimum hostem illis aget, siquidem ibi fas, ubi maxima merces.'

 50 neque multa alia, esse tamen commendatum et confirmatum, sicut ius matrimonii, quod itidem nihil ad euangelium pertinet. Habes enim Ioannem Baptistam, Lucae 3¹⁵, qui milites instituit dicens: "Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed estote contenti stipendiis vestris." Certe, nisi ius gladii haberent, prohibere debuit, quum illi

quaestionem tuam proprie moverent, dicentes: 'Quid facere et nos debe- 55
mus?' Hic institutam non habes, confirmatam tamen habes militiam.
Nonne cogitas, multo difficilius esse tibi, quid respondeas satis hunc
locum contra te adducenti, quam quid tibi respondeatur? Paulus 1.
Timoth. 2.¹⁶ iubet orare pro iis, qui in sublimitate constituti sunt, exemplo
Hieremiae¹⁷ pro rege Babylonis orare iubentis, et non iubet orare contra 69
sublimitates tanquam rem vel prohibitam, vel nullius iuris existentem.

At illi ethnici erant, inquis. Sed non orabant, ut fideles fierent, sed
ut et essent et subsisterent in pace. Non mihi persuadebis, posse orationem
iuberi aut ab apostolis aut a prophetis pro iis rebus, quae tantum permissae
et ferendae sunt, ut subsistant et quietae sint; alioqui pro raptoribus, et 65
(ut interpretaris) tyrannis inquis, ut iniqui sint, orabimus.

Iam Apostolum ad Roman. 13.¹⁸ et 1. Petri 3.¹⁹ non sic a te reiici
patiar, quasi huc non valeant, aut tantum subditos erudiant. Non hoc
efficies, Philippe. Verba Dei sunt et magnum sonantia, ubi dicit: Potestas
a Deo est, et ordinationi Dei resistit, qui potestati resistit, et: 'minister 70
Dei est'. Non invenies hoc dici in rebus permissis tantum. Non est
minister Dei, sed hostis, qui iniuriam facit aut quaecunque non ferenda
infert, nec est permissio vel res permissa minister^f Dei. Aliud longe est,
quod aliquoties²⁰ scribitur Deus gentem super gentem excitasse, ut regem
Babylonis contra Tyrum, in Ezechiele²¹ servum vocans, et spiritum regum 75
Medorum contra Babylonem, in Hieremia²² suscitans; et aliud, quod
potestates pro pace ordinare dicitur, ad Roman. 13.²³ et 1. Timoth. 2.²¹
Nam hic timori mali operis, non boni constitutam dicit, illic vindictae,
et iam facti mali operis ratio habetur.

Iam quid facies, quum Abraham, David, et sanctos antiquos legas 80
gladio usos optime? Quos fuisse viros euangelicos certum est, licet pro
tempore tantum uterentur. Certe usum rei, qua illi usi sunt laudabiliter,
non est pium ab euangelicis viris negari. Neque enim Abraae quidquam
erat de gladio mandatam aut consultum, praesertim cum in euangelio
non sit revocatum neque prohibitum, sed (ut dixi) confirmatum, utique 85
in iis, qui Christiani erant seu fideles, id est militibus Ioannem interro-
gantibus.

Cum ergo Christus in euangelio res divinas et coelestes instituere
debuerit, quid mirum, si gladium non instituerit, qui humanis creaturis
facile ordinari potest, et tamen sic eum tractat, ut, nisi euangelio repu- 90
gnaret, eum a se institui, vellet instituere, dum commendat et confirmat
institutum, imo dum plane asserit divinitus ordinatum.

Petrus et Iudas²⁵ etiam potestates sperni et maledici ab Antichristo
quam indignantur! Aut nunquid permissa licentiosa aut iniqua non licet
spernere? Honorem eis et reverentiam vult haberi. Sed nunquid idem 95
vult permissis et iniquis?

His locis Scripturae captus non habeo, quod⁸ mihi respondeam, Philippe, multo minus mihi satisfacies in hanc partem, quam ego tibi in tuam. Tu nullum locum habes, qui vel damnet vel prohibeat, vel ullo modo fugere doceat; ego tot modis confirmatam, commendatam, honorandam, oratione Deo commendandam habeo potestatem huius mundi, nisi quod ab euangelio neque imperata neque consulta sit, quod nec matrimonium, nec domus, nec disciplina domus aut civitatis, aut ulla rerum corporalium administratio et cura. Tu si quid aliter revelatum habes²⁶, ostende, sed sic ostende, ut prohibitam, fugiendam, aut solum permissam adseras. Christus enim Pilato datam desuper potestatem dixit²⁷; Deum autem dare non in malum hoc loco sonare puto. De his satis.

Gratulor Amsdorffio substantia aucto²⁸, sed magis feliciter profitenti Apostolum. Iam saturi estis, sine me regnatis, nec video, quid sit, cur tantopere me desideretis, aut quae necessitas meae operae vobis sit. Tu tibi ipsi accersere videris cogitationes, quum felicius habeant res vestrae, me absente, quam praesente. Tu legis, Amsdorffius legit, Ionas leget.²⁹ Obsecro, solis vobis vultis annuntiari regnum Dei? Non et aliis oportet euangelizari? Non dabit vestra Antiochia vel Silam vel Paulum vel Barnabam³⁰ in opus aliquod spiritus?

Dico tibi: quamquam omnium libentissime apud vos sum, tamen nihil gravarer (quando iam vos abundatis), si vel Erfordiae, vel Coloniae, vel alibi me Dominus vellet ostio verbi³¹ dignari. Quam multa, quaeso, messis ubique, et pauci operarii³²; vos autem estis omnes operarii. Ratio certe non nostri, sed fratrum nostrorum ubique dispersorum habenda est, ne forte nobis vivamus, id est, diabolo, et non Christo.

Quare vide, ne nimio carnem invicem sapiamus, ut magis praesentiam carnis quam spiritus quaeramus. Ego paratus sum ire, quo Dominus volet, sive ad vos, sive alio.^b De reditu meo nihil scio prorsus; scis, in cuius manu situm sit.

Scribit mihi Spalatinus, non esse disputatam partem conclusionum de confessione³³, mandato Principis, quod mihi displicet miro modo. Obsecro, deinceps semper praevenite consilio aulae, non sequimini, sicut ego haec feci; dimidio non factum esset, si in illius consilio pependissem. Sunt etiam ibi homines, sicut et nos. Expostulabo de hoc cum Spalatio.³⁴ Haec inflant fiduciam adversariis nostris, et timidos nos arguunt. Vale. Literas has iamdudum³⁵ scriptas ferre promisit quidam et fefellit. Orate pro me, quaeso, vos; peccatis enim immergor in hac solitudine.³⁶ Ex eremo mea, 1521 die Margarethae.

135

Martinus Lutherus, Eremita.

^a) Diese bei 1 fehlende Adresse nach 2. 1 hat dafür vor dem Abschnitt S. 357, 32 ff. die besondere Überschrift: Ad Phil. Melanctonem, dum lateret M. L. ^b) audeo 1.

c) et I. d) Sed — legimus *fehlt* I. e) aut I. f) permissae **Ministrae** I.
 g) quid I. h) alibi I.

¹⁾ Gewiß von demselben 6. Juli, an dem Melanchthon in bezug auf Luther an Spalatin schrieb (CR. I, 117): 'vereor, ne se animi dolore conficiat, non quidem sua causa, sed nostra, τὸν' ἔου τῆς ἐκκλησίας'. ²⁾ An der Reise nach Erfurt wurde Luther durch die dort ausgebrochene Pest gehindert (an Spalatin 31. Juli, s. u. S. 368, 3). ³⁾ Nicht inkognito, vgl. gleichzeitig an Amsdorf (u. S. 361, 6f.): 'illie publice agam'. ⁴⁾ Es gab in Erfurt nur zwei Ärzte (Kalkoff, Humanismus und Reformation in Erfurt S. 801) Georg Sturz und —? ⁵⁾ Walch² nimmt indicium an: „als dieses kleine Anzeichen einer Verletzung“. Gemeint ist die des Mastdarms (an Spalatin 15. Juli u. S. 361, 6f.). ⁶⁾ Auf dessen „Quadruplica“, die Melanchthon wohl mitgeschickt hatte (Unsre Ausg. Bd. 8, 211). ⁷⁾ Luther gleichzeitig an Amsdorf (u. S. 361, 8f.): 'Philippus scripsit te responsurum Emsero, si mihi videretur; sed metuo, ne indignus sit te responsore.' ⁸⁾ Melanchthons 'Adversus theologorum Parisinorum decretum pro Luthero apologia' erschien wohl erst Anfang Juli (Suppl. Mel. VI I, 143, dazu noch Capito an Alexander, Halle 13. Juli, ZKG. 16, 498: 'Melanchthon respondit ad Parisiensem condemnationem. Milticium unum exemplar dederat, sed me absente iterum accepit, alioqui ad te misissem' und Joh. Adolphi — s. o. S. 184⁵ — an Vadian, Schaffhausen 10. August, Arbenz 25, 380: 'Apologiam Melanchthonis legi contra theologastros Parisienses'). Das Manuskript seiner Übersetzung sandte Luther am 6. August zur Drucklegung nach Wittenberg (Unsre Ausg. Bd. 8, 262). ⁹⁾ Eine deutsche Übersetzung erschien am 28. August bei Grimm und Wirsung in Augsburg (Stähelin, Okolampadbibliographie S. 29 Nr. 50). ¹⁰⁾ W. Köhler Unsre Ausg. Bd. 10¹¹, XLVI versteht das so, daß Luther das Postillenmanuskript erst abschicken wollte, wenn er die Predigten für die 10 Sonn- und Festtage vom 1. Advent bis Epiphania fertig habe. Ich glaube aber, daß man unsre Stelle erklären muß nach der in Luthers Briefe vom 31. Juli (u. S. 369, 29): 'Nam festinabo, ut denarium Euangeliorum absolutum emittamus', und auch an unsrer Stelle aus dem Vorhergehenden: 'Ego postillas in euangelia vernacula tracto' zu 'denarium' ergänzen muß: 'euangeliorum'. Ich kehre daher zu der Übersetzung von Enders 3, 195⁷ zurück: „bis ich 10 Evangelienpredigten fertig habe“. ¹¹⁾ Erasmi adagia I, 4, 87 (p. 154). ¹²⁾ Kolde, Die loci communes Philipp Melanchthons³ S. 214²: „Melanchthon war damals in Gefahr, an der sittlichen Berechtigung der weltlichen Obrigkeit irre zu werden, weil sie in der Schrift nicht besonders eingesetzt sei.“ Dagegen Karl Müller in „Geschichtliche Studien für Albert Hauck“ 1916, S. 236: „Nicht darum handelt es sich, ob es unter Christen eine Obrigkeit geben dürfe, sondern darum, ob Christen obrigkeitliche Ämter bekleiden, das Schwert führen und für ihre Person das ius gladii gebrauchen dürfen.“ Müller hat auch gezeigt, daß diese Auseinandersetzung Luthers mit Melanchthon grundlegend geworden ist für den I. Teil seiner Schrift „Von weltlicher Obrigkeit“ (1523). — Am 21. September 1522 schrieb Luther an Joh. von Schwarzenberg (Erl. 53, 152), daß er bald etwas veröffentlichen wolle „von weltlichem Schwert, wie das mit dem Evangelio übereinkäme“. ¹³⁾ Müller S. 238: „Das kann nicht auf Ausführungen verweisen, wie sie im Sermon von den guten Werken oder in der Schrift an den Adel vorliegen . . ., sondern offenbar nur auf Gespräche im Kreis der Freunde, also vor allem mit Melanchthon“. ¹⁴⁾ Aus S. 357, 49 ergibt sich, daß consultum die richtige Lesart ist (gegen Enders 3, 195¹⁰). ¹⁵⁾ V. 11. ¹⁶⁾ V. 2. ¹⁷⁾ 29, 7. ¹⁸⁾ V. 1ff. ¹⁹⁾ 2, 13ff. ²⁰⁾ 2. Chron. 15, 6. Matth. 24, 7. ²¹⁾ 26, 7. ²²⁾ 51, 11. ²³⁾ V. 4. ²⁴⁾ V. 2. ²⁵⁾ 2. Pet. 2, 10. Jud. V. 8. ²⁶⁾ 1. Kor. 14, 30. ²⁷⁾ Joh. 19, 11. ²⁸⁾ Über die Schmöllner Pfründe s. d. nächsten Brief. Aus diesem ergibt sich auch, daß Amsdorf damals über den Hebräerbrief las. ²⁹⁾ Jonas war noch nicht definitiv nach Wittenberg übergesiedelt, s. o. S. 353¹. ³⁰⁾ Apq. 15, 22. ³¹⁾ Kol. 4, 13. ³²⁾ Matth. 9, 27. ³³⁾ Daß es sich hier um Thesen handele, die

Luther im Anschluß an seine Schrift „Von der Beicht“ verfaßt und nach Wittenberg gesandt habe (Unsre Ausg. Bd. 8, 132), ist mir nicht sicher. Ich vermute vielmehr, daß heranzuziehen ist, was Capito Hülle 13. Juli an Alexander schreibt (ZKG. 16, 198): „Carlostadius disputavit contra vota monachorum et confessionem auricularem Wittenbergae; dominus Carolus Militius mihi affirmavit, quod se autore elector Saxoniae Fridericus tractatum confessionis impedivisset; at contra mihi heri per literas significarunt, quod publice expensae sint.“ Mit „contra vota monachorum“ ist sicher die Zirkulardisputation gemeint, die Karlstadt Freitag den 21. Juni abhielt. „contra confessionem auricularem“ wandte sich wohl die andere Zirkulardisputation Karlstadts vom 28. (Barge 1, 475). Der Kurfürst verbot die Verhandlung über einen Teil der Thesen, die übrigen wurden „öffentlich erwogen, geprüft“ (Subjekt zu „publice expensae“ wohl conclusiones). ³⁴⁾ Vgl. 15. Juli u. S. 361, 14 ff. ³⁵⁾ Der Brief kann aber doch nur ein paar Tage früher geschrieben sein. ³⁶⁾ S. o. S. 356, 9 ff.

Nr. 419.

Luther an Amsdorf.

Wartburg, [15. (?) Juli 1521].

Beglückwünscht ihn zu seiner Schmöllner Pründe. Gerücht, daß er auf der Wartburg sei. Nächstens werde er in Erfurt sein. Winke für eine Entgegnung auf Emser's Quadruplica. Möchte Amsdorf's Hebräerbrief und Melanchthons Römerbriefvorlesung mit anhören. Gerücht über Gmüther von Staupitz.

Datierung: Da Luther am 15. Juli Spalatin mitteilt (s. u. S. 364, 17 ff.): „Scribit Amsdorffius, quendam scribam Ducis Iohannis scripsisse ad Torgensem mulierem, me esse in arce Wartperge“, so wird er an diesem Tage den Brief Amsdorf's erhalten und beantwortet haben.

Handschriftlich: 1. Jena Bos. q 24^a, 183^a (S. 361, 1 ff.), 166^a (S. 362, 57 ff.).
Drucke: 2. Murjaber 1, 338^b. 3. de Wette 2, 26. 4. Ender's 3, 195. Wir folgen 1.

Iesus.

Gratulor te auctum re familiari per sacerdotium istud Schmollense¹, mi Licentiate, et proficiat vobis. Quod vero scriba ille famam fecerit, me esse in Wartberg², permitte; neque enim, ubi sim, Principes ipsi sciunt, 5 multo³ minus scriba ille. Caeterum Erfordiae ero propediem, et forte antequam hae ad te literae pervenerint, morbi huius gratia³; illic publice agam, si saltem me ferre volent ad tempus.

Philippus scripsit⁴, te responsurum Emsero⁵, si mihi videretur; sed metuo, ne indignus sit te responsore. Rursum, cum sit Satana plenus, 10 metuo, ne rideat et cavilletur, si quisquam e iuvenibus ei respondeat. Nam spiritus, qui in ipso furit^b, aliud non facit, quam ut captet verba, quae cavilletur, re ipsa neglecta. Quidquid fiat: si respondebitis ei, hoc cavete, ut eum ipso nequissimo quodam spiritu, non cum homine vos loqui

sciatis. Ipse enim, quid loquatur, nihil intelligit, sed spiritus, qui longo
 invidiae morbo eum in furorem vertit, et solum, ut irretet et cavilletur, 15
 omnia loquitur. Proinde simplicissime oportet in eum scribi, et prae-
 occupationibus omnia munire, ne verba vel ansam captet, scilicet^c, ut, si
 non ipse (quod desperandum est), sed tamen quilibet^d, quantumvis rudis,
 intelligat, eum ad rem nihil dixisse, dum sacerdotes esse probat per
 inducta Patrum, cum ego Scripturas protulissem et postulassem^e, frustra 20
 scilicet eum garrere⁶: „Dritt erjür, du Heiliger“ &c. Nam ego in meo libello
 affirmavi⁷, Patribus dici sacerdotes hoc genus hominum, quod ipse
 frustra conatur ostendere. Ideo Petri, item Apocalyps. 5. et 20. cum
 praecedentibus et circumstantiis^{f8} . . . et agendum insultandumque
 diabolo, ut unum locum Scripturae proferat, in quo appellari eos sacer- 25
 dotes probetur, ut et antea insultavi in eodem libro. Deinde irridendum,
 quod sacerdotes probari vult per illud⁹: ‘Vos estis sal terrae’: quasi sal
 et sacerdos idem sit, quod pueri in scholis noverunt, qui vocabularium
 Ex quo¹⁰ legunt. Deinde, ut eludatur Patrum autoritas clare per Aposto-
 lum¹¹: ‘Omnia probate’, item per August. dist. IX. c. Noli¹², item per il- 30
 lud Hieronymi super Matthaeum 23¹³: Quod de Scripturis autoritatem non
 habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur, sed quod^g Patribus
 non est credendum ultra, quam sibi credi voluerunt, id est, Scripturis solis
 ab ipsis adductis. Ideo spiritum istum stultum nondum intelligere argu-
 mentum libri sui, cum non, quid Patres dixerint, sed, cur sic dixerint, 35
 disputetur, ut intelligat lector, aliud esse dicere, aliud credere, et nos
 disputare non de dicere, sed de credere dictis Patrum; ideo longe os
 istud blasphemum abesse a scopo suo proprio.

Caetera vos videritis; modo nihil dubitatis, spiritum malum ex ipso
 loqui, tanquam vase suo proprie obsesso, qui solum id agat, ut a proposito 40
 discedat, et multis libris multiplicet suas blasphemias. Plane malus
 spiritus est, sed hoc unum deest suae malitiae, quod stolidum, stupidum
 et indoctum vas obsidet et occupat, quamquam et ipse, quantumvis
 nequam, suo furenti impetu satis declaret, quam sit circumscriptus
 Scripturis, et nihil habeat, quod possit pro regno suo in Papensibus digne 45
 producere. Idque dolet Satanae isti.

Quod dico, ut animo contemptore et pacato in eum scribatis, nec
 irritari vos sinatis, quasi in hominem.^h Hoc enim contemptu (sic tamen,
 ut irrisionibus eum provocetis et stultitiae arguatis) incredibiliter irrita-
 bitis et cruciabitur superbiam superbissimi spiritus, ut multo plures sit 50
 evomiturus blasphemias, et se ipsum proditurus.

Ego si prius scivissem, eum esse obsessum a daemonio, egregie daemo-
 nium exagitassem, quamquam et sic satis exagitavi imprudens; sed ubi
 Latine scripserit, ut promittit¹⁴, faciam, quod nondum feci. Visus erat
 Petrus Suavenius idoneus, sed quia antea tractatus est a Lipsensibus¹⁵, non 55

videtur diabolo danda veteris furoris occasio in eum, quia omnino exemplum hoc cavillator daemon in eum resuscitaret.

Benedictus Deus, qui nobis iam non solum dedit colluctationem adversus spiritualia nequitiae, insuper revelavit nobis, non esse carnem aut sanguinem¹⁶, a quibus impugnamur in ista causa. Quare fidite et gaudete; ille, qui eiecit principem huius mundi foras, non timet eiectum, quem contempsit eiciendum; ipse regnat, et regnet in vobis peccatoribus et stultis suis, dum Satan furit in sapientibus et iustis suis.

Opto esse tuus¹ in Hebraeis¹⁷ discipulus, sed et Philippi in Colossensibus.¹⁸ Gratia Christo, qui inenarrabili dono verbi sui sic nos locupletavit. Ego sic gaudeo de vestra abundantia, ut mitissime feram absentiam mei. Video enim me non esse opus vobis, sed vos esse opus mihi. Vale et pro me ora. De Gunthero Stupitio¹⁹ auditus venit ad nos non placens et tristis, sed spero inanem esse. Avertat Dominus id mali a domo ista.
70 Amen. Ex Eremito mea 1521. Martinus Lutherus.

^a) quanto 2—4. ^b) fuerit 2. ^c) So I. 2 nur S. 3 und 4: Satanas. ^d) Statt tamen quil. Lücke 1. ^e) et post. fehlt 2—4. ^f) Nun 1: desunt quaedam. 2 a. R.: Desunt quaedam verba. ^g) quo 2—4. ^h) Nun Lücke 1. ⁱ) unus 2—1

¹) Amsdorf war mit einer Pfründe betehrt worden, die an der Kapelle des Hospitals St. Jakobi (auch oberes Hospital genannt, weil nach dem oberen oder Ronneburger Tor zu gelegen) haftete (J. u. E. Löbe, *Gesch. der Kirchen und Schulen des Herzogtums Sachsen-Altenburg* 2, 16).

²) Nach dem nächsten Briefe hatte ein Schreiber des Herzogs Johann es nach Torgau gemeldet. ³) S. o. S. 357, 16 ff. ⁴) In dem Briefe, auf den Luther mit unsrer Nr. 118 geantwortet hat. ⁵) Auf dessen Quadruplik, s. o. S. 360⁶.

⁶) Quadruplik Bl. B ij^b: „Dem also nach, so tritt herfür, du alter gravhüpftiger und bärtiger Ritter, heiliger und lieber Patron, sancte Hieronymus . . .“ Ebenso werden dann Ambrosius, Augustin, Origenes, Papst Anaklet, Petrus, Paulus und zuletzt Christus aufgerufen. ⁷) Auf das überchristlich Buch Bocks Emsers Antwort Unsre Ausg. Bd. 7. 633, 29 ff.

⁸) Sinn: Daher müssen ihm die Stellen 1. Petr. 2, 6—10, Offenb. 5, 9, 20, 6 im Zusammenhang entgegengehalten werden (wie es dann Luther selbst in „Ein Widersprich“ getan hat, Unsre Ausg. Bd. 8, 252 ff.). ⁹) Matth. 5, 13. Quadruplik Bl. B iij^b. Dagegen Ein Widersprich Unsre Ausg. Bd. 8, 250, 11 ff.

¹⁰) Ein kleines lateinisch-deutsches Wörterbuch, so genannt nach dem Anfang: „Ex quo vocabularii varii autentici videlicet hugwicio catholico“, kompilirt aus dem *Catholicon* des Joh. de Janua, letztlich zurückgehend auf das *Lexikon* des Papias (Max Manitius, *Gesch. der latein. Literatur des Mittelalters* 2, 717 ff.), zuerst erschienen Eltrille 1467 (Böcking *Suppl.* 2, 496). „Luthers *Lexikon* von Jugend auf“: A. Freitag, *Die Urschrift der Lutherbibel, Sonderausgabe aus den Sitzungsberichten der Preuß. Akademie der Wiss., philologisch-histor.* Kl. 1929, XIII, 6. ¹¹) 1. Thess. 5, 21. ¹²) Derreti p. 1 dist. 9 c. 9. ¹³) *Comment. in ev. Matth. lib. 4 cap. 23 V. 35 sq.*, Migne 26, 173. Auch z. B. Enders 4, 30, 56 zitiert.

¹⁴) Quadruplik Bl. 29^b: „gedenk hinfurt, nicht mehr teutsch, sondern lateinisch wider den Mönch zu schreiben, damit die ausländischen Nationen auch sehen mögen, daß wir Teutschen nicht alle von dem Glauben gefallen sind, oder von dem Mönch uns haben verfahren lassen.“

¹⁵) Von Joh. Cellarius, s. o. S. 352³⁴. ¹⁶) Eph. 6, 12.

¹⁷) Diese Vorlesung Amsdorfs über den Hebräerbrief ist in dem Stephan Rothschen *Sammel-*

codex XXVII enthalten. Luther ahnte wohl nicht, in welchem Maße Amsdorf seine eigne Hebräerbriefvorlesung benutzte (Joh. Ficker, Luthers Vorlesung über den Hebräerbrief 1517, 18, 1929, S. XXI). ¹⁸⁾ Hartfelder, Philipp Melancthon als Praeceptor Germaniae 1889, S. 556, fragt, ob auf diese Vorlesung sich beziehe die Stelle in dem Briefe Melancthons an Spalatin Mitte Oktober CR. I, 465: 'Postridie meam praelectionem Paulinam audiunt [Capito und Stromer].' Melancthon fährt aber doch fort, daß er gerade bei 1. Kor. 13, 12 gestanden hätte! Seine Vorlesung über die Korintherbriefe ist auch anderwärts bezeugt. Vielleicht hat sich Luther verschrieben: Colossensibus statt Corinthiis. ¹⁹⁾ Bd. I, 371²⁰⁾. Enders 3, 198²¹⁾: „Die Staupitze waren mütterlicherseits mit Amsdorf verwandt. Was Luther hier andeutet, ist unbekannt.“

Nr. 420.

Luther an Spalatin.

[Wartburg.] 15. Juli 1521.

Hat Druckbogen, Manuscript, Fellen usw. erhalten und Stuhlgang gehabt. Er sei mit allem einverstanden, was Spalatin betreffs Wittenbergs schreibe. Die Verhinderung der disputatio de confessione mißfalle ihm. Amsdorfs Brief. Wenn seine Krankheit nicht nachlasse, werde er Erfurter Ärzte konsultieren. Bedrohliche Lage Kaiser Karls und Deutschlands. Das Pariser Urteil und Melancthons Verteidigungsschrift. Das Manuscript zum Antilatomo habe er schon früher zur Drucklegung fortgeschickt.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Hurijaber 1, 340^{b)}; de Wette 2, 29; Enders 3, 199.

Suo in domino D. Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxonici ducis,
Amico & domino.

Ihesus.

Salutem. Accepi tandem omnia¹⁾, Mi Spalatine, & medicinam^a
pilularem tentavi iuxta praescriptum, & mox quidem laxato ventre ex- 5
creni sine sanguine & violentia, sed nondum bene habet lesa & sancia
caro ex pristinis diruptionibus, imo nihil minus dolorum passussum, quod
podicem extruderet vel vehementia pilularum vel nescio quis casus.
Expectabo adhuc semel. Omnia placent, quae de Wittembergae
scribis²⁾, Et gratias Christo, qui pro me alios suscitavit, ut iam nihil me 10
opus eos habere intelligam³⁾, nisi quod philippus nimio indulgens affectibus
crucem impatientius fert⁴⁾, quam deceat vel discipulum, nedum tantum
tantorum Magistrum.⁵⁾ Tu vide, ut eius curam habeas, ne princeps illustris-
s[imus] eum in re familiari sinat pati penuriam.⁶⁾ Displicet mihi 15
inhibitam de confessione disputationem.⁷⁾ Erat enim haec in papistarum
ferociam utile exemplum, ut scirent, quid pauoris per meam absentiam

Wittenbergensibus^b incussissent, qui sine me talia auderent. Scribit Amsdorffius, Quendam scribam ducis Iohannis scripsisse ad Torgensem mulierem me esse in arce Warttperge⁸, hinc natum cum rumore, imo auctum vbiq̄ue. ^cpersuadebit hic rumor, quod ex aula venerit, siue ille vere scierit siue diuinarit, vt frustra^d celauerimus hanc rem tanta felicitate. Sic Satan insidiatus rem prodit. Sed & ex hospite meo⁹ intelligo, nimis constanter id asseri vbiq̄ue, vt iam cęlari res non possit amplius, & si nos adhuc fortiter cęlamus, indignantes nostram fidelem & felicem operam sic leuiter frustrari. Cęterum corpore bene valeo & animo satis alacris sum, vt frustra sibi philippus de me somnia fingat. Si morbus non reiniserit, Erphordiam medicis vsurus petam.¹⁰ Carolum impetę bellis¹¹ nihil mirum. Nihil vnquam habebit prosperum, & eogetur alienę impietatis penam soluere infelix Iuuenis, quod veritatem Wormacię malis consultoribus in faciem sic repudiarit, & Germaniam inuohet calamitas sua quoque, quod impietati consensit. Dominus autem suos agnoscet.¹² Vidi parrhisiensium^c sophistarum decretum cum Philippi Apologia¹³ & ex corde gaudeo. Non enim sic eos exceęaret Christus, nisi consulere rebus statuisset & finem tyrannidi illorum facere inciperet. In Latomum¹⁴ misi antea sub inuadem. Nihil habeo aliud quod scribam, Eremita tandem verus.¹⁵ ideo vale. Die Diuisionis Apostolorum 1521.

Mart. Luther.

^a) medicinam <pillularem>. ^b) Wittenbergē *Original*, in den Drucken falsch aufgelöst in Wittenbergenses. ^c) Ursprünglich wollte Luther den Satz mit Non beginnen. ^d) frustra <Satanam>. ^e) parrhisiē *Original*.

¹) Alles, was Melancthon am 6. Juli an Spalatin zur Weiterbeförderung an Luther gesandt hatte, s. o. S. 355⁷. ²) Am 17. Juni baten Rektor und Universität des Kurfürsten, Spalatin zu entsenden zu Verhandlungen über Besetzung erledigter Professuren (Friedensburg, Urkundenbuch I, 111). Darauf kamen c. 23. Juni der Kurfürst selbst und Spalatin zu zehntägigem Aufenthalt nach Wittenberg (Spal. ap. Menck. 2, 607; 3. Juli schrieb Spalatin noch ex arce Wittenbergensi an Joh. Lang: Krause, Epistolae aliquot selectae 1883, p. 4; nach einer andern Nachricht war aber der Kurfürst vor 13. Juli drei Wochen in Wittenberg, Suppl. Mel. VI I, 142). Über die Verhandlungen über Neubefugungen, Neubauten, Neubildung des Kollegiums der Reformatoren vgl. Friedensburg I, 111 ff. Darüber scheint Spalatin Luthern Bericht erstattet zu haben. ³) S. o. S. 357, 28, 359, 109 ff. ⁴) S. o. S. 356, 3f. ⁵) Matth. 10, 24. ⁶) Daraufhin legte Spalatin Melancthon nahe, um eine Gehaltserhöhung einzukommen, was dieser jedoch ablehnte (Suppl. Mel. VI I, 151). ⁷) S. o. S. 360³³. ⁸) S. o. S. 361, 2f. ⁹) Hans von Berlepsch. ¹⁰) S. o. S. 361, 4f. ¹¹) Luther denkt an den Aufstand der Comuneros in Spanien und an König Franz von Frankreich. ¹²) 2. Tim. 2, 19. ¹³) S. o. S. 360⁸. ¹⁴) Das Schlußwort ist vom 20. Juni. Ende Juli schickte Melancthon Luthern die ersten drei Druckbogen (Suppl. Mel. VI I, 151; Unsrę Ausg. Bd. 8, 39f.). ¹⁵) S. o. S. 355, 37.

Nr. 421.

Luther an Spalatin.

[Wartburg, bald nach 15. Juli 1521.]

Glaubt, daß Spalatin seinen Brief vom 15. Juli erhalten hat. Schickt Weiteres und einen fingierten Brief zur Irreführung der Gegner über seinen Aufenthalt.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Hurifaber 2, 8; de Wette 2, 31; Enders 3, 20f.

D. Georgio Spalatino, Christi seruo, a sacris principis Electo[ris] Saxonie, suo in domino.

Ihesus.

Salutem. Venisse ad te literas meas credo, mi Spalatine, nunc alias & alia¹ mitto. Audi etiam commentum meum. Quando iam rumor ita
5 fortis fit de loco meo, vt, etsi non audeant asserere, non tamen possint
dissuaderi, Vellem hanc Epistolam inclusam ad te datam tua vel tuorum
studiosa incuria sic² amitti, vt in manus aduersariorum veniret, quasi
furtiue & velut celando magno sacramento.² Atque vtinam manus mea
in manus porci Dresdensis³ veniat, qui absque dubio rem facile & libenter
10 prodet. Tu vide, quid consultum videatur. Ego vt valeam cognosces
ex hoc latore. Spero enim meliora. Vale in domino. Ex Eremito 1520.
Mart. Luther.

¹) über der Zeile.

¹) Manuskript zur Postille. Ende Juli hat Melanchthon es von Spalatin erhalten und verspricht, es sorgfältig und treulich zum Druck zu befördern (Suppl. Mel. VI 1, 151).

²) Walch²: „und als ob er mit großem Geheimnis verborgen gehalten werden müsse“.

³) So hat Luther auch schon o. S. 338, 64 Herzog Georg tituliert.

Nr. 422.

Luther an Spalatin.

[Wartburg, bald nach 15. Juli 1521.]

Fingierter Brief zur Irreführung der Gegner.

Handschriftlich: 1. Jena Bos. q 25^b, 10^a. Drucke: 2. Hurifaber 2, 8^b.
3. de Wette 2, 30. 4. Enders 3, 202.

Optimo viro M. Georgio Spalatino, principalibus a sacris Saxoniae,
electori suo.

Ihesns.

Salutem. Audio rumore spargi, mi Spalatine, Lutherum agere in
5 arce Wartberg apud Isenacum, atque id homines suspicari facit, quod
illie in silva captus sim.^a Sed dum illi sic opinantur, ego interim hic
tutus lateo, modo fratribus¹ fides adsit, qui circum me sunt. Si me libri
editi prodent, mutabo locum. Mirum, quod Boëmiam nemo nunc cogitat.²

Sanctus Georgius dux Saxoniae^b valde iraxit adhuc, ut audio;
10 proficiat sibi, atque utinam iraxere velit, donec papista est. Ego committo
eum cum Landgravia Hassiae³, nunc Comitis Solmensis^c uxore; ipsa novit
digne tanto viro respondere, dum suis legatis commisit, ut avi sui pellificis
et matris filiae pellificis^d recordaretur. Nostine, quid illa legatis eius
responderit inter comitia Wormatiana, argutissima mulier?⁴

15 Erfordiae Satanas suis studiis nobis insidiatus est, ut nostros mala
fama inureret.⁵ Sed nihil proficiet; non sunt nostri, qui haec faciunt. Ita,
cum resistere nequeat veritati, stulto stultorum in nos zelo cogitat in-
famare eam. Miror ista sustineri a senatu eius oppidi.⁶ Ego iam bene
habeo, Deo gratia, et a papistis ferior.⁷ Ora pro me ac vale. Placet
20 illustrissimo principi nostro nondum esse notum locum meum, nam haec
ratione nihil ei scribo. Iterum vale. Ex loco meo 1521.

Tuus Martinus Luther.

^a) sum I. ^b) übergeschrieben I. ^c) Zolmiss. I. ^d) Avi P. & matris
F. P. 2.

¹) Luther will glauben machen, daß er in einem Kloster Zuflucht gefunden habe.
²) Doch schreibt Alexander schon am 29. April nach Rom, man nehme allgemein an, daß
Luther sich nach Böhmen zurückziehen werde (Kalkoff, Alexandredeschen² S. 191).
Und Enders 3, 202² zitiert aus einem Briefe des Jo. Rogerius Brennonius an Agrippa
von Nettesheim vom 19. Juli: 'Audivimus Lutherum ad Bohemos profugisse.' ³) Walch²:
'Ich bescheide ihn, wie die Landgräfin von Hessen . . . getan hat.' Wohl eher: 'Ich
hetze ihn und die Landgräfin an einander.' ⁴) Die Landgräfin Anna von Hessen, die
Mutter Philipps des Großmütigen, seit 11. Juli 1509 Witve Wilhelms II., hatte 1519 den
Grafen Otto von Solms-Laubach geheiratet. Herzog Georg hatte ihr wohl wegen der uneben-
bürtigen Heirat Vorstellungen gemacht, die sie zurückwies mit dem Hinweis auf die Miß-
heirat seines Vaters Albrechts des Beherzten mit der Tochter Zdena oder Sidonia des hussiti-
schen Böhmenkönigs Podiebrad. Vgl. U. A. Tischr. 2 Nr. 2625, 1 Nr. 3922, 4556, 4609,
auch die Supplicatio ad Rusticum ex Bohemiu natum, Ztschr. f. d. histor. Theologie 1871,
S. 120. — Statt 'pellificis' haben die Drucke beide Male nur P. = Podiebrad. Vielleicht ist
'pellificis' aber doch ursprünglich und Volksetymologie. Eine andre Erklärung des Namens
bei einem Zeitgenossen, nämlich Gabriel Rangone (in der von P. Joachimsen 1896 rdierten
'Streitschrift gegen den Böhmenkönig Georg Podiebrad vom Jahre 1467' S. 25): 'quod,
ut quidam nostri volunt, vorans fratres signat' ist ebenso grund- und sinnlos. Der Name

ist entweder abzuleiten von pod = unter und brada = das Kinn, oder von pod und brady = brody Furt (freundl. Auskunft von Herrn Dr. F. M. Bartoš in Prag). — Anna in Worms: Reichstagsakten S. 811. ⁵⁾ Über das Pfaffenstürmen in Erfurt vgl. o. S. 339⁹. ⁶⁾ Luther benutzt die Gelegenheit, in diesem fingierten Briefe eine Verantwortung für den Erfurter Aufruhr abzulehnen und sein Mißfallen darüber zu äußern, daß der Rat nicht eingeschritten ist (vgl. o. S. 339¹⁰). ⁷⁾ Walch¹: „und werde von den Papisten geschlagen“. Walch² richtig: „und habe Ruhe vor den Papisten.“

Nr. 423.

Luther an Spalatin.

Wartburg, 31. Juli 1521.

Die Pest hindere seine Übersiedlung nach Erfurt. Jonas und das kanonische Recht. Luthers Befinden. Schickt weiteres Postillenmanuskript.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Neufaber 1, 342; de Wette 2, 32; Enders 3, 203.

D. Georgio Spalatino, Christi discipulo, suo in domino Charissimo.

Ihesus.

Saltem. Ne Erfordiam concedam, interim pestis¹ internenit, Mi Spalatine. Neque video, quid periculi sit, si occasio esset illie me morari ad tempus. Neque enim ideo Vittembergam desererem, imo, si alibi etiam docerem, cum ubique sit Christus, idem foret, ac si Vittembergę docerem², quamquam non ambio neque cathedram neque suggestum, nec vsquam concedam eo nomine, nisi fortiter vocatus. Scio non esse doctorem ex Deo, qui sua sponte venit.³ Haetenus fugi docendi munus; nemo speret me alium sensum habiturum; semper fugiam. Si enim ambinisset, non in hanc solitudinem consensissem vnquam. 5 Ionas scribit spem bonam de decretalibus papisticis.⁴ tu vide, vt perficere spiritus possit, tua opera vsus. Sed supra vires meas est, quod petis, vt gymnasii Christiani formam vnus praescribam⁵; multorum consilia & iudicia postulat hęc res. Habes Vittemberge abunde, qui possint id prestare. 10 Optimum foret, vt vniuersum ius pontificium prorsus excluderetur⁶, tum principes aliquando animo accepto inrisditionem & censuras istas penitus antiquarent in suis terris. Audendum enim est, si quid magnum & salutare paramus. Nam nisi Iurisditio ista sacrilega abrogetur & iaceat, Ius pontificii veneni quis excludet? Meus hic hospes⁷ optime cepit censuras prohibens.⁸ Si principes nomine suo id nollent, dissimularent tamen id fieri per suos presides & indices, vt sic paulatim irreperet in orbem, ne 15 20

quis secundum inra pape possit vexari, sed secundum mores & ritus regionum⁹ omnia componerentur. Valetudo mea habet, vt leuius egeram¹⁰, violentis & potentibus vexata remediis, Sed natura digestionis nihil mutatur, & saucedo perseuerat, quam suspicor processuram in maius malum, percutiente me domino secundum veritatem suam.¹¹ Que hic mitto reliqua postillę, curabis praecedentibus adiungi & Vittemberge exaudi prae omnibus. Nam festinabo, vt denarium Euangeliorum absolutum emittamus pro vno libro.¹² Quattuor dominicas transferam & reliqua adiiiciam.¹³ Quod facio, ne liber nimio magnus terreat legentes & ementes, simul vt interim habeatur, quod discatur in Christo.¹⁴ Vale & ora pro me. Ex Eremito Vigilia Petri Vinculati 1521.

Mart. Lutherus.

^{a)} & <pre>.

¹⁾ Im August trat die Pest auch in Wittenberg auf (Friedensburg, Urkundenbuch I, 119f.). ²⁾ Luther hat also wirklich erwogen, nach Erfurt zu gehen, nicht nur, um die dortigen Ärzte zu konsultieren, sondern, um für länger dorthin übersiedeln und um dort zu lehren, wenn er dahin berufen würde. Vgl. schon o. S. 359, 117f. an Melanchthon 13. Juli: 'nihil gravarer, si vel Erfordiae vel Coloniae vel alibi Dominus me vellet ostio verbi dignari.' Spalatin, wohl durch Melanchthon von diesem Plan Luthers unterrichtet, hat ihm Gegenvorstellungen gemacht, aus Furcht, daß Luther der Universität Wittenberg verloren gehen könnte. ³⁾ Vgl. o. S. 348, 40 an Melanchthon 26. Mai: 'in tractando verbo nunquam mea voluntate versatus sum.' ⁴⁾ Jonas war am 6. Juni als Propst des Allerheiligenstifts installiert worden. Am 7. schrieb Melanchthon an Spalatin (CR. I, 392): 'Wir werden Jonas hier an der Universität nicht festhalten, quantum intelligo ex eius verbis, si ius pontificium profiteri oportuerit. Am 19. erklärte Jonas, zunächst wieder nach Erfurt zurückgekehrt, dem Kurfürsten, daß er's vor seinem Gewissen nicht verantworten könne, über das Kirchenrecht zu lesen (Kauerau I, 62f.). Die Verhandlungen endeten damit, daß Jonas die Stiftspropstei behielt und von der Verpflichtung befreit wurde, den juristischen Doktorgrad anzunehmen und über die Dekretalen zu lesen. Statt dessen promovierte er zum Doktor der Theologie und trat der theologischen Fakultät bei (Friedensburg, Gesch. d. Univ. Witt. S. 145f.; vgl. auch noch ZKG. 19, 10 ff.). ⁵⁾ Spalatin hatte Luthern gebeten, Vorschläge für eine umfassende Universitätsreform (s. o. S. 365²) zu machen. ⁶⁾ Vgl. An den Adel 6, 459f. ⁷⁾ Hans von Berlepsch. ⁸⁾ Scherzhaft? ⁹⁾ „Landsrecht und landsitten“ *Unsre Ausg.* Bd. 6, 459, 36. ¹⁰⁾ „ausleere“. ¹¹⁾ Vgl. o. S. 333, 34. ¹²⁾ S. o. S. 360¹⁰. ¹³⁾ Luther ist also auf seinen alten Plan, eine Übersetzung der vier Adventspredigten an die Spitze zu stellen, zurückgekommen (*Unsre Ausg.* Bd. 10¹¹, XLVII). ¹⁴⁾ Die zehn Predigten (s. o. Z. 29) sollen also eine erste vorläufige Lieferung der Postille bilden, die dadurch, daß sie allmählich erscheint, nicht zu teuer werden soll. Aus demselben Grunde soll später die Übersetzung des Alten Testaments in Lieferungen erfolgen (*Enders* 4, 23, 23f.).

Nr. 424.

Luther an Melanchthon.

[Wartburg,] 1. August 1521.

Über das Keuschheitsgelübde der Priester und Mönche und das Abendmahl unter Bezugnahme auf Thesen Karlstadts.

Es handelt sich einmahl um diejenigen Thesen, die Karlstadt am 20. Juni entworfen hat und über die schon am folgenden Tage eine Zirkulardisputation abgehalten worden ist, und zum andern um diejenigen, über die am 19. Juli bei der Promotion des Christoph Hoffmann aus Ausbach zum baccalaureus biblicus disputiert wurde (Barge I, 265. 290). Aus der 1. Reihe kommen besonders folgende Sätze in Betracht: 1. Sicut viduas relictimus iuniores, sic monachos, sic presbyteros iuvenes coelibes. 3. Religiosi possunt, si vehementer uruntur, uxores ducere. 4. Peccant tamen, quia primam fidem fregerunt. 5. Maius tamen malum incontinens admittit, qui ustus peccat, quam uxorem ducens, aus der 2. diese: 9. Non sunt Bohemi, sed veri Christiani panem et poculum sumentes. 10. Qui solo pane vescitur, mea sententia peccat. 11. Satiusque foret, si nullam, ut aiunt, speciem sumeret, quam unam tantum. 12. Quia neque figuris veteribus, neque Christi instituto satisficit.

Datierung: Unser Brief ist mit dem folgenden zusammen abgegangen. Das ergibt sich daraus, daß der folgende auf der Adressenseite (von Luther?) bezeichnet ist als posteriores se. literae. Dem entspricht es, daß in dem folgenden Briefe auf den unsern zurückverwiesen wird mit: 'quod in prioribus literis scripsi'. Da nun in unserm Briefe Luther sich unverkennbar mit Thesen Karlstadts vom 21. Juni und 19. Juli beschäftigt, so ist klar, daß die Auflösung der Daten 'die Petri apostoli' = Petri ad vincula 1. August und 'Stephani protomartyris' = Stephani inventio 3. August richtig ist.

Handschriftlich: 1. Gotha A 402, 80^{b u. a.} Drucke: 2. Murifaber I, 343 (mit der Überschrift: Fragmentum epistolae D. Martini Lutheri ad Philippum Melanthonem ex Pathmo scriptae anno MDXXII, repertum in bibliotheca Georgii Spalatini?). 3. de Wette 2, 34. 4. Enders 3, 205. Wir folgen im allgemeinen 2, lassen nur die deutschen Worte am Anfang (nach ThStKr. 1890, S. 294 ein Stückchen aus dem Manuscript zu „Von der Beicht . . .“, das Luther Melanchthon zur Drucklegung sandte, s. v. S. 347, 29 = Unsrer Ausg. Bd. 8, 159, 13—15) weg.

Nondum persuadetis, idem esse de sacerdotum et monachorum voto statuendum. Me enim vehementer movet, quod sacerdotum ordo a Deo institutus est liber, non autem monachorum, qui sua sponte statum elegerant et Deo obtulerunt, quamquam eos, qui ante annos pubertatis vel intra sunt, et has fauces ingressi, sine scrupulo exire posse paene definiam, nisi quod me adhuc remoratur sententia de iis, qui iam senuerunt et diu in hoc statu morati sunt. 5

Caeterum enim de sacerdotibus Paulus¹ liberrime definiat, a daemonibus esse prohibitum eorum matrimonium, et vox Pauli sit vox maiestatis

10 divinae, confidendum in ea esse non dubito, adeo ut, si etiam pepigissent in hanc diaboli prohibitionem, dum initiarentur, nunc re cognita, cui pacti sint, solvendum pactum esse cum fiducia.²

Ista sane diaboli prohibitio, divinis verbis manifeste traducta, valde me urget, et factum Episcopi Cameracensis³ probare cogit. Deus enim nec fallit nec mentitur, dicens hanc diaboli prohibitionem esse. Si autem 15 diaboli est pactum in eam firmatum, firmum esse non debet, cum errore impio adversus Deum et reprobante ac damnante Deo factum sit. Expresse enim dicit⁴ eos spiritus erroris esse, qui prohibendi autores sunt.

Quid ergo trepides huic sententiae divinae concedere etiam adversus 20 portas inferi? Non ita habet iuramentum filiorum Israel factum Gibeonitis⁵, nam in mandatis habebant, ut pacem offerrent et oblatam admitterent, tum proselytos et ad ritum suum concedentes colligerent. Quae omnia in Gibeonitis facta sunt; nihil ibi contra Dominum factum est, aut spiritibus erroris consulentibus. Licet enim in principio murmurarent, tamen postea 25 comprobaverunt.

Huc adde, quod caelibatus est mere humani statuti, quod homo, qui statuit, solvere potest; ergo et quilibet christianus potest. Quod dico, si etiam a daemonibus statutum non esset, sed per bonum hominem.

Talem sententiam Dei de monachis cum non habeam, non est tutum 30 idem de iis asserere. Neque enim ego auderem sequi, quare nec alteri consulere, ut sequatur. Utinam hoc facere possimus, ne ulterius quisquam monachus fieret, aut intra annos tragismi^a resiliret! Scandala etiam vitanda sunt, ubi non est manifesta Scriptura pro nobis, quantumvis licita sunt.

Quod etiam optimus vir Carlstadius ex Paulo⁶ citat: viduas iuniores 35 vitandas esse, et sexagenariam eligendam esse, utinam concluderet! Facile enim aliquis dicet, apostolum hoc de futuris statuisset, cum de praeteritis definiat damnatas, quia fidem priorem irritam fecerint⁷; atque sic elusa autoritas illa non erit fidelis petra conscientiarum; hanc enim 40 quaerimus. Iam ista ratio, quod melius est nubere quam uri⁸, seu, ut peccatum fornicationis vitetur⁹, matrimonium in peccato fidei fractae ineunt, quid est nisi ratio? Scripturam quaerimus et testimonium divinae voluntatis. Quis scit, si cras uratur, qui hodie vivitur?

Nam ego nec sacerdotibus coniugium dederim propter solam unctionem, 45 nisi Paulus¹⁰ prohibitionem erroneam et daemonicam et hypocriticam et Deo damnatam vocaret, ut vel sine unctione cogat istum caelibatum ob solius Dei timorem deserere. Tamen in his adhuc utile fuerit latius disputare. Vellem enim et ego monachis et monialibus succurrere, ut nihil aliud aequae. Adeo me miseret miserabilium hominum, pollutionibus 50 et uredinibus vexatorum^b iuvenum et puellarum.

De utraque specie eucharistiae non arguo ab exemplo, sed a verbo

Christi. Nihil enim arguit, illos unam accipientes peccasse vel non peccasse, sed hoc movet, quod Christus neutram exegit^c, sicut nec necessario baptismum exigit, si prohibeat aquam tyrannus vel mundus.^d Sic separat virum et mulierem persecutionum violentia^e, quos tamen Deus separari
55 prohibet¹¹, neque enim consentiunt separari. Ita nec consentiunt pia corda privari altera specie; qui vero consentiunt et probant, eos papistas, non christianos esse, et peccare^f, quis negabit?

Cum ergo non^g exigit necessario, et hic urgeat^h tyrannus, non video¹, quomodo peccent unam accipientes. Quis enim per vim auferat invito^k
60 tyranno? Itaque adhuc nihil urget, nisi ratio, quae^l dictat, institutum Christi non teneri^m; sed Scriptura nihil definit, sine qua peccatum promutiare non possumus. Institutum Christi est, sed liberum permissum, necⁿ incarcerari^o in totum aut in partem potest.^p

Quid enim fiat^q, si contingat id, quod^r Donato¹² martyri contigit, ut
65 fracto aut effuso calice aliqui non participant, non^s sit ad manum aliud vinum, et multi similes casus? In summa, quia Scriptura non urget, hic^t peccatum esse, peccatum^u non assero.

Valde autem placet, ut institutum Christi integretis. Nam hoc erat,
70 quod ante omnia cogitabam sollicitare, si ad vos reversus fuisset. Nos enim^v iam habemus scientiam^w tyrannidis huius, et possumus ei resistere, ne cogamur alteram speciem accipere tantum.

Sed et^x ego amplius non faciam missam privatam in aeternum. Obsecro oremus Dominum, ut festinet nobis ampliorem spiritum suum dare. Suspicio enim fore, ut cito visitet Dominus^y Germaniam, sicut
75 meretur eius incredulitas, impietas et odium enangelii. At haec plaga tum^z nobis imputabitur, quod^a haeretici Deum provocaverimus, erimusque opprobrium hominum et abiectio plebis¹³, illi vero apprehendent excusationes in peccatis suis, et iustificabunt semetipsos, ut probet^b, reprobos neque bonitate neque ira bonos fieri, et scandalisabuntur multi.
80 Fiat, fiat^c voluntas Domini, Amen.

Si gratiae praedicator es, gratiam non fictam, sed veram praedica; si vera gratia est, verum, non fictum peccatum ferto. Deus non facit salvos fide^d peccatores. Esto peccator et pecca^e fortiter¹⁴, sed fortius fide et^f gaude in Christo, qui victor est peccati, mortis et mundi. Peccandum est,
85 quamdiu hic^g sumus; vita haec non est habitatio iustitiae^h, sed expectamus, ait Petrus¹⁵, coelos novos et terram novam, in quibus iustitia¹ habitat. Sufficit, quod agnovimus per^k divitias gloriae Dei agnum, qui tollit peccatum^l mundi¹⁶; ab hoc non avellet nos peccatum, etiamsi millies, millies uno die fornicemur aut occidamus. Putas, tam parvum
90 esse pretium redemptionis pro peccatis nostris factum^m in tanto ac tali agno?¹⁷

Ora fortiter, etiamⁿ fortissimus peccator. Die Petri Apostoli 1521.

^a) = *τράγος* Geilheit. 2 a. R., 3 in der Anm.: triginta. ^b) vexatarum 2.
^c) exigat I. ^d) necessitas I. 2 a. R., 3 in der Anm.: mutans. ^e) persecutionis
necessitas I. ^f) et peccare fehlt I. ^g) fehlt I. ^h) hoc urget I. ⁱ) videto I.
^k) quomodo — invito fehlt I. ^l) qui 3. I. ^m) tenere I. ⁿ) et I. ^o) in carce-
rari + aut I. ^p) non poterit I. potens 2. 3. ^q) fiet I. ^r) quod + S.
^s) nec I. ^t) hoc I. ^u) esse, peccatum fehlt I. ^v) fehlt I. ^w) senten-
tiam I. ^x) fehlt I. ^y) fehlt I. ^z) fehlt I. ^a) tunc quasi I. ^b) pro-
bent I. ^c) fehlt I. ^d) fictos I. ^e) peccaris I. ^f) fide et fehlt I.
^g) sic 2—4. ^h) animae I. ⁱ) anima I. ^k) fehlt I. ^l) peccata I. ^m) pretium
et redemptionem pro p. n. factam 2—4. ⁿ) es enim 2—4.

¹) 1. Tim. 4, 1. 3. ²) Zu *erg.*: non dubitem. ³) Bartolomäus Bernhardi.
⁴) 1. Tim. 4, 1. ⁵) Jos. 9, 15. ⁶) 1. Tim. 5, 11. 9. ⁷) 1. Tim. 5, 12.
⁸) 1. Kor. 7, 9. ⁹) 1. Kor. 7, 2. ¹⁰) 1. Tim. 4, 1—3. ¹¹) Matth. 19, 6.
¹²) Von ihm erzählt die *Legenda aurea* c. 110: Cum autem, ut refert Gregorius in dialogo
[*Gregor d. Gr., Dialogorum lib. 1 c. 7*], quadam die missa celebrata populus communi-
caret et diaconus communicans Christi sanguinem propinaret, subito paganorum im-
pulsu diaconus cecidit et calicem sanctum fregit. De quo cum ipse et omnis populus
plurimum moestus esset, Donatus fragmenta calicis oratione facta ipsum in
pristinum formam restauravit etc. ¹³) Ps. 21, 7 *vg.* ¹⁴) Vgl. F. Kattenbusch,
Studien zur systematischen Theologie, Th. v. Häring zum 70. Geburtstag dargebracht
(1918), S. 50—75. ¹⁵) 2. Petri 3, 13. ¹⁶) Joh. 1, 29. ¹⁷) 1. Kor. 6, 20.
1. Petri 1, 19.

Nr. 425.

Luther an Melanchthon.

[Wartburg], 3. August 1521.

Hat zwei soeben eingegangene Bogen von Carlstädts Schrift *De coelibatu*
gelesen und äußert Bedenken dazu. Spalatinus zum zweiten Male geäußerten
Wunsch nach Einfügung einer Erklärung von Joh. 20, 23 in die Schrift „Von der
Beicht“ wolle er zu erfüllen versuchen. Die Drucker antreiben! Sein Befinden.
Ob er den Pariser antworten solle. Spalatin hat mir auch betreffs der Uni-
versitätsreform geschrieben, aber das müßt Ihr übernehmen.

Original in Breslau St. Rhedigersche Sammlung 243 Nr. 119. Gedruckt
(unvollständig) bei Hurifaber 1, 346 und de Wette 2, 37, ergänzt von Melde,
Analecta p. 33, danach bei Enders 3, 210.

Suo Philippo Melanchthoni.

[Darunter von Luthers (?) Hand: *Posteriores und darunter nochmals:*
Posteriores.]

Ihesus.

5 S. Legi Carlstadii nostri duos quaterniones hac hora allatos de
celibatu¹, Et quanquam nollem locum illum de semine Moloch imolato²
ad profluvium istud naturę detortum³ (ridebunt enim aduersarii torturam

eius loci, cum luce clarius sit, de filiis & filiabus idolo per ignem lustrandis dictum esse), Tamen conatum & diligentiam probo vehementer. Simul & illud me male habet, quod locus Pauli ad Timot.³ obscurior est, ut videatur non tam de cœlibatu quam de viduis Ecclesię eleemosyna^b alendis præcipere, ne grauetur, inquit⁴, Ecclesia. Et has sane turpe sit nubere postea velle, vbi in Ecclesię stipe lasciuerint; Ex quo non velit confici, ut iuniores a cœlibatu reiecerit. De viduis enim solis loquitur & has a stipe Ecclesię reiicit, si sint iuniores & lasciuę. Rursum & hoc mouet in contrarium, quod in prioribus literis scripsi⁵, Paulum videri de futuris cauere, sed præterita non facere irrita, ut hic locus de virginitate & cœlibatu prorsus nihil vrgeat. Aliud est enim viduam defuncto marito & cæteris omnibus destitutam suscipi ad alimoniam communem, & aliud virginitatem & cœlibatum suscipere. Quod ideo dico, Quia vellem a vobis nihil prodire, quod obscuris & ambiguis scripturis nitatur, cum a nobis exigatur lux⁶ plusquam solis & omnium stellarum sit, neque sic vix videant. Iam quis eoget illud⁷: 'Volo iuniores nubere' ad viduas pertinere ac non potius ad generalem exhortationem omnium adolescentularum præter illas damnatas viduas, sicut & præmiserat⁸: 'Iuniores sicut sorores' etc. Neque enim dixit: volo iuniores viduas nubere, cum damnarit eas nubere volentes.^c Vehementer vrget, quod damnatas asserit istas viduas iuniores propter fidem irritam factam⁹, quod quo modo dilui possit dextre, dubito. Certe fidem illam ligasse iuniores sequitur¹⁰, quantumlibet iuniores sint, si propter eam damnantur. Rursum hoc aliquid est quoque, Quod tale genus viduarum illud fuerit, quod non personali voto, sed suffragiis Ecclesię communibus eligeretur. Dicit enim¹¹: 'Vidua non eligatur', & hic locum habeat potestas reiiciendi, quas visum fuerit, Sed electis nulla libertas recedendi.^d

Testimonia vero vet[eris] legis de soluendis votis rigidissima prorsus me nihil mouent, cum impossibile sit, ea vel intelligi vel applicari posse ad votum istud castitatis, cum nemo ignoret, ei populo ea esse data, cui^e sub maledicti & opprobrii pena grauissima non licuit easte viuere, multo minus vouere. Et plane hoc mihi obtinui, Castitatem sub voto cadere posse, non probari per scripturas nec lege nec exemplo. Reliquum est I. Cor. 7 in arbitrio hominis illud relinqui, deinde legibus & statutis hominum non posse ordinari, nisi inspirante Satana. Hęc apud me certa sunt, Sequatur inde, quicquid potest. Periculum igitur est vouere castitatem, Sed ideo non valere quis asserat? cum potuisset & libere castus viuere, consiliis & exemplis scripturę instructus.

Quamquam ego varie cogitans illud aspicio, quod Petrus act. 15¹² libertate spiritus etiam onus legis impossibile a se & omnibus reiecerit, cui tamen fuerat subiectus, nihil causatus nisi impossibilitatem eius, consentitque ei tota Ecclesia, & ipse postea cum gentibus edebat.^f Sed

50 rursum hoc obstat, quod non autoritate propria, imo de cęlo habuit^g
 mandatum, nequid immundum duceret¹³, idest, legem non esse neces-
 sariam gentibus. tamen hoc absque oraculo intulit, nec sibi nec Iudęis
 esse necessariam, libertatem etiam sibi vendicans lege onerato, per
 exemplum gentium. Rursum cogito Christum, qui filiam Abrahę alli-
 55 gatam 80 annis in sabbato curauit¹⁴: Quid, si & hic incuruati sint per
 Satanam, saltē magna pars uiuentium, dum nondum probato spiritu
 uenerint ex suo uel Satanę feruore? Prorsus mihi omnium istarum rerum
 dilutio aliqua facillima creditur, sed quę nondum appareat nobis. Si enim
 Christus pręsens esset, non dubito, ista uincula dissolueret uotaque irri-
 60 taret omnia, neminemque sineret impossibili aut^h inuoluntario onere
 premi, cum sit saluator & Episcopus animarum.¹⁵ Ut prope mihi hic
 libertate spiritus utendum esse uideatur & perrumpendum, quicquid
 obstiterit salutē animarum. Neque enim ipse haecenus ullo oraculo, ullo
 signo, ullo testimonio ostendit sese uouendi hoc placitum habere accep-
ad me, und fide tua ist kaum einfach mit „treulich“ zu übersetzen. *Unsre Ausg. Bibel 6. XXXVI* wird mit *unsrer Nachschrift* die zu *Luthers Brief an Spalatin vom 17. Januar 1522* (E. 3, 287, 32f.) hinzugenommen: *‘Biblia expecto aegre, propter datam in obsidionem fidem meam’*, sowie eine Stelle in *Melanchthons Brief an Spalatin von Mitte Dezember*: *‘De bibliis interrogabis, velitne compacta mitti an soluta’* (CR. 1, 448). Daß in der *Nachschrift vom 17. Januar 1522* dasselbe Ex. einer lateinischen Bibel gemeint ist, ist mir zweifellos schon wegen des Parallelismus *fide tua — fidem meam*. (Rätselhaft bleibt nur, wozu Luther damals noch eine *biblia Latina* brauchte, wo er doch schon für seine Postillenarbeit eine solche *cum glossa ordinaria* benutzt hat; *Unsre Ausg. a. a. O.*) Schon in dem *Melanchthonbrief* ist vielleicht vielmehr von einer mittelalterlichen Verdeutschung der *Vulgata*, etwa der *Zainerbibel*, die Rede; *Unsre Ausg. a. a. O.* Ich lasse daher diese Briefstelle außer Betracht und beschränke mich auf die beiden *Nachschriften*. Ich versuche folgende Deutung: Luther hat *Spalatin* gebeten, ihm eine *Vulgata* zu besorgen. *Spalatin* hat sie gekauft (oder aus der *Schloßbibliothek für Luther entliehen*), sie liegt jetzt bei ihm. [Allerdings wäre dann eigentlich die umgekehrte Reihenfolge zu erwarten: *per te et apud te.*] Die *Beförderung auf die Wartburg* hat *Mel.* übernommen, *Spal.* soll sich nur für die *Bezahlung* (oder für die *Entleihung*) verbürgen. Dies verweigert aber *Spalatin*. Darauf *Luther*: Dann verbürge ich mich für die *Bezahlung* (bzw. übernehme ich die *Transportversicherung*). Deshalb wird’s *Luthern* schwül, wie die *Vulgata* am 17. Januar 1522 noch immer nicht eingegangen ist.

Nr. 444.

Luther an Spalatin.

[Wartburg, c. 12. Dezember 1521.]

Gestattet, daß die Veröffentlichung der Schrift gegen den Mainzer verschoben werde, aber den Brief will er durchaus an ihn geschickt sehen. Abschaffung von Eölibat und Mönchsgeübden. Schickt das Manuskript zu seiner „treuen Vermahnung an alle Christen“ zu schleunigster Veröffentlichung. Bittet um die Schlußbogen zu *Melanchthons loci*. Das griechische Neue Testament soll *Spalatin Melanchthon* zurückgeben.

Datierung: Da Luther mit unserm Briefe das Manuskript zu seiner „treuen Vermahnung an alle Christen“ schickt, *‘quam velim quantocius edi’*, und er c. 5. Dezember *Spalatin* seine Absicht kundgegeben hat (s. v. S. 410, 22f.), diese *exhortatio* zu veröffentlichen, *‘quamprimum reversus fuero ad eremum meam’*, so ist unser Brief c. 12. Dezember anzusehen. Dazu stimmt, daß Luther Antwort erhalten hat auf seinen Brief an *Spalatin* vom c. 5. Dezember. *Spalatin* hat offenbar geantwortet: Ja, das Manuskript zu „Wider den Abgott zu Halle“ habe er zurückbehalten, aber *Abrecht* wollte sich ja auch bessern, wolle künftig selbst predigen, und die wegen ihrer Verheiratung gefangenenommenen Geistlichen seien entlassen. (Schon am 20. November schreibt *Spalatin* an *Jonas* von *Abrechts* Betschlung: CR. 1, 486).¹

Drucke: 1. *Murifaber* 2, 221. 2. *de Wette* 2, 110. 3. *Enders* 3, 251.

¹) Daß *Abrecht* künftig predigen wolle, erfuhrt *Jonas* (auch) von *Capito*, der ihm am 20. Dezember schrieb (*Enders* 3, 265¹⁰; *Suppl. Mel. VI* 1, 175), worüber *Jonas* an *Capito* am 1. Januar 1522 sich sehr befriedigt äußerte (*Kawerau* 1, 79).

Salutem. En, ne nihil tibi videar concessisse, mi Spalatine, permitto differri libelli in Moguntinensem editionem; verum Philippo volo tradas, cui mandavi, ut acerbiora eradat.^{a1} Nam epistolam² omnino volo ad eum mitti, ac denuo aliam proprio nuntio ad eum³ mittam. Sum contentus, quod scribis de eius concione futura, et tu bene facis, qui non temere 5 iudicas, sed non bene facis, quod mihi etiam non aliquando credis.⁴ Scio cogitationes Satanae, mi Spalatine, sed nihil adversus cogitationes Domini; denique et aliam fore technam Satanae novi, quae maiore specie nos petat quam ista, nec sic quidem eum metuam. Dominus enim vivit, cui vos, ut decet aulicos, non creditis, nisi temperet opera sua ad sensum 10 vestrum, ut iam credere non sit opus. Nihil aequè me offendit in ista aula atque incredulitas, quae nec credit ista, quae fiunt, solo consilio Dei^b fieri, nec probat, nisi quid nostris viribus spes sit consummari, adeo nihil profectum est hactenus tot experiètiis et exemplis vel in hac causa sola. Scribis sacerdotes esse dimissos ab illis, quasi non sit dimissio^c illa septies 15 cruentior, quam captivitas, etiamsi occidissent, dum coëgerunt miseros peierare et veritatem Dei abnegare.⁵ Scilicet ii sunt, quos ad bonam frugem rediisse iactes, et ab iis expectes, ut ex animo euangelisent aliquando.

Obsecro, si veritas est, istum caelibatum et monasticen divinitus 20 damnari⁶, sienti non est dubium, cur non liceat diversum tentare et sequi? An perpetuo de verbis Dei disputandum solum est, et opere semper abstinendum? Sed quid surdo fabula?⁷ Non enim credit sensus tuus aulicus nimio, hoc est et sapiens et timens nimio. Ego credam episcopos concionaturos euangelium, si videro eos relictis suis episcopatibus soli 25 verbo sese dedere, nec ante credam. Interim Satanae consilia^d blasphemantis hoc ministerium sacrilego furo non metuam. Video tandem consilia hominum perrumpenda esse in hac causa, quibus hactenus varie impeditus sum, frustra timentibus ruinam coelorum. Si nihil aliud agendum est, quam hactenus egimus, nihil aliud quoque doctum oportuit.⁸ 30

Mitto et exhortationem vernaculam⁹, quam velim quantocius edi, in occursum radium illorum et insulsorum nostri nominis iactatorum. Hic quaternio G. in Methodo Philippi superfluit, desunt autem in fine tres quaterniones novissimi Q. R. S., quos complebis in tempore.¹⁰ Graecum Testamentum¹¹ Philippo reddes, ac vale cum tota aula, quam Christus 35 aliquando reddat fidelem fide *ἀντιπροχρίτω*.¹² Amen.^e

T. Martinus Luther.

^{a)} Konjektur bei de Wette 3 Nachträge statt tradat I. ^{b)} de (!) I. ^{c)} de-missio I. ^{d)} consili (!) I. ^{e)} + Anno MDXXIII I.

¹⁾ S. o. S. 402, 13f. Am 13. Januar 1522 weiß Luther das Manuskript in Melanchthons Händen. ²⁾ Bezieht sich auf Luthers Brief an Albrecht von Mainz vom 1. Dezember.

³) ad eum = an Albrecht, nicht: an Melanchthon (gegen Enders 3, 255²). Auch das folgende ad eum und de eius coneione futura bezieht sich ja auf Albrecht. Da Melanchthon Luthers Brief an Albrecht schon am 11. Dezember an Capito schickte (CR. I, 492), muß Spalatin ihn schon, bevor er durch unsern Brief die Aufforderung dazu erhielt, an Melanchthon geschickt haben (mit „Wider den Abgott“?). Statt 'ac denuo . . .' schlägt Knaake (handschr.) vor zu lesen: 'aut denuo . . .' (Drohung!). ⁴) Luther glaubt, daß die Bekehrung Albrechts nur Heuchelei und ein neuer Kniff des Satans sei. ⁵) Vgl. die Urfehde des Pfarrers von Vatterode vom 4. November Enders 3, 264⁸. ⁶) 1. Tim. 4, 1ff., o. S. 371, 45. ⁷) Erasmi adagia I, 4, 87 (p. 154). ⁸) „Wenn nichts anderes gehandelt werden soll, als wir bisher gehandelt haben, hätte auch nichts anderes gelehrt werden dürfen.“ Mit Recht schließt Barge Histor. Ztschr. 99, 309 aus diesem Abschnitt, daß die „Vermahnung“ nicht Spitzen gegen die Wittenberger Reformier enthält. ⁹) Für die Veröffentlichung der „Vermahnung“ ist kein früheres Datum bekannt als der 27. März 1522 (Unsre Ausg. Bd. 8, 673). ¹⁰) Im letzten Drittel des November hatte Melanchthon an Spalatin die Bogen F—P geschickt (Suppl. Mel. I I, XIX; VI I, 170). ¹¹) Nach Unsre Ausg. Bibel 6, XXXV ein Ex., das der Besprechung Luthers mit seinen Freunden in Wittenberg 4.—9. Dezember zugrunde gelegen hatte, das Luther aber zurückzugeben vergessen hatte und das er auf der Wartburg nicht brauchte, da er hier ein gleiches Ex. (von Gerbel) in Händen hatte. ¹²) 1. Tim. 1, 5.

Nr. 445.

Luther an Joh. Lang.

Wartburg, 18. Dezember 1521.

Mißbilligt den tumultuarischen Austritt von Augustinerinnen. Lang soll auf dem Wittenberger Epiphaniaskapitel die Sache des Evangeliums verteidigen. Er wolle bis Ostern auf der Wartburg bleiben, die Postille zusammenschreiben und das Neue Testament überlegen.

Drucke: 1. Murjaber 1, 295^b. 2. de Wette 2, 115. 3. Enders 3, 256.

Suo charissimo Iohanni Lango, Fratri Augustiniano, christiano Erfurdiensi Ecclesiastae, Mart. Lutherus.

Non probo egressum istum tumultuosum¹, cum potuissent et pacifice et amice ab invicem separari. Tu in comitiis futurus², vide, ut evangelii
⁵ partes foveas, defendas; ego hic latebo usque ad Pascha.³ Interim Postillas conscribam, Novum Testamentum vernacula donaturus⁴, quam rem postulant⁵ nostri⁵, in qua et te audio laborare⁶; perge, ut coepisti. Utinam oppida singula interpretem suum haberent, et solus hic liber omnium lingua, manu, oculis, auribus, cordibus versaretur. Caetera ex Wittem-
¹⁰ bergensibus audito.⁷ Ego corpore bene habeo, et bene curor, sed peccatis et tentationibus quoque bene pulsor. Ora pro me, ac bene vale. Ex Eremo, 4. feria post Luciae 1521.^b

T. Martinus Lutherus.

^{a)} . . . laut I. von Fabricius, Centifol. Luth. p. 194 wohl richtig ergänzt. ^{b)} MDXX. I.

¹⁾ Usingen weist Lang vor: 'Quid enim existi a nobis, causa omnibus, ut abirent.' Nik. Paulus, Bartholomäus Arnoldi von Usingen 1893, S. 35⁵ versteht das so, daß der Austritt Langs den der 14 andern Brüder nach sich gezogen hätte. Da Luther in unserm Briefe von einem Austritt Langs nichts weiß, kann hier ein Austritt Erfurter Augustiner unter Langs Führung nicht gemeint sein (gegen Paulus). Es ist vielmehr von den Wittenberger Vorgängen die Rede (so Kolde, Augustinercongregation S. 375³). Vgl. auch im nächsten Brief S. 415, 16f. ²⁾ futuris? Gemeint ist das Wittenberger Epiphaniaskapitel. ³⁾ 20. April. „Diesen Termin hatte Luther also schon damals fest ins Auge gefaßt“ (Unsre Ausg. Bibel 6, XXXII²). ⁴⁾ Früheste Ankündigung der Bibelübersetzungsarbeit. ⁵⁾ Unsre Ausg. Bibel 6, XXXII wird hiermit eine spätere Tischredenüberlieferung kombiniert: 'Ph. Melancthon coëgit me ad Novi Testamenti versionem.' Während seines heimlichen Aufenthalts in Wittenberg 4.—9. Dezember hätten die Freunde es ihm geraten. ⁶⁾ Über Langs Übersetzung des Matthäusevangeliums (Vorrede vom 1. Mai, Schlußwort vom 23. Juni; Panzer Nr. 1040 = Weller Suppl. I Nr. 189) vgl. Unsre Ausg. Bibel 6, XXXII¹ und Kalkoff, Humanismus und Reformation in Erfurt S. 71. ⁷⁾ zu ergänzen: auf dem Kapitel.

Nr. 446.

Luther an Wenzeslaus Link.

Wartburg, 18. Dezember 1521.

Ist stolz darauf, daß seine Gegenchrift gegen Ambrosius Catharinus Link gefallen hat. Die Austrittsbewegung solle er nicht durch Zwang zu hindern suchen. Gruß an Staupitz. Er arbeite an der Postille und der Bibelübersetzung.

Datierung: Daß das Datum der Abschrift im Dresdener Archiv (18., nicht 20. Dezember) das richtige ist, lehren die Parallelen zu dem vorhergehenden Briefe vom 18. Vgl. o. S. 413, 3f.

Handschriftlich: 1. Dresden, Sächs. Hauptstaatsarchiv Loc. 10299 Päpstliche Bullen und Ablass . . . , 12^a (nach Seidemann-de Wette 6, 538⁵ „eine gleichzeitige für den Herzog Georg irgendwie beschaffte Abschrift mit Abbrüviaturen“; ebd. die Varianten). 2. Dresden, Sächs. Landesbibl. R 96, 351 (auf der Rückseite die Beschlüsse des um Epiphaniën 1522 in Wittenberg gehaltenen Augustinerkapitels, vgl. Nik. Müller, Die Wittenberger Bewegung S. 149). 3. Gotha A 402, 150^a. Drucke: 4. Schütze 2, 41 („Aus der Börnerischen Sammlung zu Leipzig“). 5. de Wette 2, 116 (nach 4). 6. Enders 3, 257 (unter Berücksichtigung von 1 und 2). Wir folgen 1.

Optimo et christiano viro, Vincilao Linco, Augustiniana familiae vicario, suo in Christo maiori.^a

Salutem. Glorior in Domino, Optime Vincilae, quod Catharinus meus tibi placuit^{b1}, nam calculo tuo^{c2} non parum tribuo³; sed vide, ut agam^d tecum, quomodo^e dicunt: Concedens bonae consequentiae antecedens non potest negare consequens.^{f4} At consequens id est, quod nunc

in coenobio isto vides. Si enim adversus euangelium est, peccata^g in usu
 cibi, loci, personae, temporis aliarumque rerum statuere^h: ubi manebunt
 vota, monasteria, regulae, statuta?ⁱ Adversus enim^k euangelium ea
 10 omnia sunt, et tamen tam verum est, adversus euangelium esse^l peccata^m
 statui in illis, quam certum est, euangelium esse euangelium. Quid ergo
 tu facies? quem coges ad obedientiam? quem revocabis egressum? quem
 accusabis apostatam, si libertatem hic et nulla peccata esse docebis, sicut
 debes? Petis forte a me consilium; imoⁿ, me consule non eges. Certus
 15 enim sum, nil te facturum aut passurum adversus euangelium, etiamsi
 omnia coenobia sint^o perdenda. Displicet sane mihi egressus iste cum
 tumultu, quem audiui. Oportuit enim mutuo consensu et pace ab in-
 vicem dimitti, nisi haec poena sit male et impie emissi voti, ut cum
 confusione^p dissolveretur, quod impia concordia fuit^q compositum. Sed
 20 ut revocari possint, non video rectum et bonum, licet non recte et bene
 fecerint. Neque puto te posse prohibere, si^r qui praeterea sint, qui egredi
 velint^s; optimum itaque foret^t, ut his tuis comitiis^u eurares^u, exemplo
 Cyri⁶, publico edicto libertatem donari^v his, qui volunt egredi^w, neminem
 extendendo^x⁷, neminem vi retinendo. Tu vero interim cum Hieremia⁸ in
 25 ministerio Babylonis maneres; nam et ego in habitu et ritu isto manebo,
 nisi mundus alius fiat.^y⁹

Prorsus non video, quid aliud hic facere possis.^z Nolo enim te im-
 pietati praeesse, aut ducem super impietatem esse.^{aa}¹⁰ Si libellum meum
 de votis legeris, videbis meam sententiam. Fui^{b'} Wittembergae, sed non
 30 licuit monasterium ingredi, ne proderer.^{cc} Igitur audendum tibi aliquid
 hic est^{d'}, cum videas, tempus et opus Dei id apposcere^{cc}. Inaudita sunt,
 fateor, sed simul etiam invicta.^{ff} Ego demonstrative convictus sum.¹¹
 Habes Philippum^{gg} et alios, quos consulas.^{hh} Placuit enim, ut haec
 comitia Wittembergae haberes. Patrem nostrum charissimum Staupitium
 35 nescio, ubi sit. Audio autem eum idoli Salzburgensisⁱⁱ¹² aulicum esse,
 quod homini optimo invideo. Tu eum salutabis. Nam¹³ ex libellis meis
 credo^{kk} intelliget, quis sim et quid^{ll} agam. Iam in Postilla et vernacule^{mm}
 tradenda Biblia laboro. Vale. Ex Eremo, fer. 4 taⁿⁿ post Luciae Virginis.

Tuus Martinus Luther.

a) Diese Adresse nur I. b) Salutem et gloriam in Domino. O. V., quod C. m.
 tibi placuerit, gaudeo f. c) cordato viro f. d) agatur I. arguter 3. e) quo
 I. 2. quo 3. f. f) consecuencia I. g) peccare 2. f. h) fehlt 2. f. i) regna,
 creatura f. k) nostrum f. l) fehlt 2. f. m) puncta f. n) dico f.
 o) sunt f. p) dissensione f. q) fuerit 2. f. r) sed 2. f. s) voluerint
 2. f. t) fuerit f. u) careres 2. f. v) donares 2. f. w) velint reverti I.
 x) extrudendo 5. 6. y) nisi — fiat fehlt f. z) posses 2. f. aa) iniquitatem
 st. imp. esse 2. f. bb) Eram 2. f. cc) perderer f. dd) fehlt I. ee) ita
 poscere 2. f. ff) invita f. gg) + Melancthonem 2. f. hh) et alios quoque

consules 2. 4. i') idolo Salzburgensi 2. 4. k') fehlt 2. 4. l') quod 4.
 m') vernacula 2. 4. n') Sexta 2. 6 4.

1) Seit Mitte August wieder in Nürnberg (Reindell S. 155). 2) Luther hatte unterm 1. April seine Gegenschrift gegen Ambrosius Catharinus Link gewidmet (s. o. S. 295). 3) „denn auf Dein Urteil (s. o. S. 402, 14) gebe ich nicht wenig“. 4) „Wer den Vordersatz einer guten Folgerung zugibt, kann nicht leugnen, was daraus folgt.“ 5) Auf dem außerordentlichen Ordenskapitel, das Link in Wittenberg abhalten wollte. 6) 2. Chr. 36, 22. Esr. 1, 3. 7) „indem Du niemand hinhältst“. Die Korrektur de Wettes extrudendo ist unnötig. 8) 40, 6. 9) Diese Stelle wurde Kaspar Gützel bekannt, der sie Wittenberg 8. Januar 1522 weitergab (Nik. Müller, Die Wittenberger Bewegung S. 168). 10) „daß Du an der Spitze von gottlosem Wesen stehest oder Führer über gottloses Wesen seiest“. 11) „Ich habe einen überzeugenden Anschauungsunterricht erhalten.“ 12) Matthäus Lang. 13) Es genügt, daß ich Dir einen Gruß an ihn auftrage.

Nr. 447.

Capito an Luther.

Halle, 20. und 21. Dezember 1521.

Zeigt, wie er Albrecht beeinflußt habe und wie dieser jetzt gesinnt sei, rät, ihn nicht vor den Kopf zu stoßen.

Abtschrift von Spatatin: Staatsarchiv Bern, Kirchenwesen II Nr. 43, 7^a: Doc. V. Fabritii Capitonis Epistola ad Doct. Martinum Lutherum M.D.XXI. Scripta et data. Darunter mit roter Tinte: M. D. XXII accepta. Darunter: ὁ θαυμασιότα. 7^b die Nachschrift. 8^b beginnt der Hauptbrief. Gedruckt bei Straßf, Briefe und Dokumente S. 35. 38 Nr. 16. 17 und bei Enders 3, 259.

S. D. Nihil ad te diu scripsi, principio quod nolui cursui isti obstrepere, quem optarim esse quam felicissimum. Deinde quia^a rationem inii iuvandarum rerum diversam a vestra, qui quidem abunde sufficitis aperto Marte tueri gradum et vehementiam spiritus exerere, cui nemo poterit resistere.¹ Idcirco putavi per cunuculos vobis utcumque subsidio esse. 5 Et profecto quiddam effectum videtur. Nam Erasmus, qui neque obesae naris², neque postremi spiritus, siquidem optime vult rebus publicis religionis nostrae, quamvis alio quodam iudicio est praeditus, is in medium consuluit Coloniae³, ut causam curarem differendam, victoriam sitam esse in cognitione causae, quae tempus requirat. Cui diligenter obsecutus 10 egi hactenus per meum Principem, ne quid in te maturius statueretur. Quid non tentavi Coloniae? quid non sustinui, quo quomodocumque subsidio essem vestris copiis? Neque in hoc magnam gratiam emerui apud Romanos, quorum consilia et conatus ea industria coincidere hand opinor 15 citra utilitatem publicam. Quoties deinde Princeps meus Maguntinus

Vormatiae, dum de te extinguendo deliberaretur, nunc cunctando, nunc aperte diversum consulendo effecit, ut dilata causa plurimum animos occuparet! Tametsi technis quibusdam saepenumero aliorum deflexerit, quia Princeps est⁴, et rudis lectione sacra, semper tamen in viam non admodum repugnans pertractus est. Interea vero, dum adessem illi, quidpiam sacrarum haud infeliciter degustavit, adeoque in spem minime vanam me coniecit, fore in eo aliquando quiddam absolutius.⁵ Nolo amplius, ne quid me putes vel fingere, vel ambitiosius prae me ferre, qui nihil aequè cupiam, quam publice lenitatem Christi citra tyrannidem hominum regnare. Deservi dulcissima studia⁶, vivendi rationem apprehendi meis moribus alienam, ut sic obices amolirer vobis pie currentibus. Neque infeliciter omnino successit. Nam mihi testis est, quisquis norit, quoties a nostris partibus steterit Cardinalis Maguntinus, quoties cierit stomachum Romanis, quoties denique illum oblique, me autem aperte vituperarint literis suis, tamquam ille a me remollitus ignavius ipsos tueretur. Egi — quid apud te dissimularem? — valere, sed pie, et humanam industriam adegì in ministerium fidei amplificandum. Ceterum, ut huiusmodi obtinerem, saepenumero pollicitus sum Principi meo, fore ut nemo nostri ordinis vel tantillum sit illi offecturus, quin omnes obviis manibus sint accepturi fidei eius confessionem et sinceritatem, modo pergat rei scopum vere intelligere, et vita ut exprimat conari⁷, cum multum referat, ne quis frivola veris rebus putet anteferenda. Visus est enim interim ceremoniosior.

Contra ego persuasi et hominem perpuli ad legendum sacra, praesertim Evangelia et Paulum, praeterea, quae de bonis operibus⁸ pientissime tu pridem edidisti. Ea iam octo dies in manibus habet et versat; quibus rebus in iudicium christianum, quantum video, pulchre proficit. Posteaquam vero ad Hallim reditum est, mox propter lectionis insolentiam, nescio quid me inscio super indulgentiis attentarit⁹, quod equidem sero reseieram, nihilo tamen secius ita oppugnavi, ut haud dubium facti duceretur poenitentia. Neque ab eo die quiddam, quod ego sciam, ad revocandas indulgentias¹⁰ conatus est, quin potius lectione et confabulationibus quotidianis magis atque magis hanc veritatis haurit, ut est vir omnium minime ignarus. Gaudeo de literis tuis. Quae iam haecenus ego, tu iam illis peragis tuis.¹¹ Confirmatur animus eius, quem tamen alioqui firmissimum futurum expecto, postquam solidiore cibo¹² assueverit; nec obstat, nisi quod homo est, non, ut ille¹³ ait, inadulabilis, quia princeps natus¹⁴ et invenis est. Video te nihil aliud quaesivisse, quam ne sepultas condonationes revocaret, ne autoritate imponeret plebi. Iecireo belle mecum facis et tibi gratiam habeo. Tantum oro, ne quid temere, ne bene pergenter traducas, ne pulchre inchoantem, imo pergenter deterras conviviis, ne studio forte et sedulitate pecces, et mihi saltem dones

levia quaedam, si quae habet, idque ad tempus condones, ceu propediem emendanda, quatenus, inquam¹⁵, spes fuerit meliorem fore. Quam probe mecum tuetur concionibus christianis audiendis!¹⁶ Suo imperio dicitur hic
 60 Euangelium Matthaei libere ab eo die, quo indulgentias intermiserit. Suis verbis prohibuit monachos ambientes facultatem in te dicendi, instructos licet bullis pontificiis. Euangelium, inquit me absente, si vultis eitra alicuius reprehensionem pure et simpliciter docere, non repugnabo; ad contentionem dicentibus nunquam ero autor. Deinde importuna agentibus
 65 idem per me, sed aliquanto latius respondit. Huismodi bis mille contigerunt¹⁷, quorum bonam partem novit Stromerus medicus, homo pius tuoque nomini deditissimus. Quae mihi omnia argumento sunt, in causa esse illius erroris, siquem adhuc foverit, impudentiam adulatorum, quos iniquiores euangelio perfero, etsi aliud scite simulant. Accidunt tamen
 70 interim, quae non probo. Quid igitur? Num extra mundum sumus? ut velimus omnes maculas importunis remediis semel abstergere? Conni- vendum ad leviuscula et inserendus animus ad veritatem; tum per se, quod est falsum, concidet. Oro itaque vehementer vel propter Christum, ut causam absolute agas sine respectu vel mei vel alterius Principis, quo
 75 maius pondus olim laccessito repugnandi supersit.¹⁸ Perpende vulgi iudicium, quod petulantiam et dicendi proacitatem aversatur. Moveat etiam meum periculum, si quid in hac causa amicitiae tribuendum videtur, qui de te omnem promittens securitatem Principi meo confeci, ut sero contra te quiequam apud Germanos constitueretur, deinde ne constitutum
 80 in aliquas vires exurgeret, unde inanibus edictis additum est causae tuae robur. Nam fuisset plenum periculo, si causam, priusquam vulgo extra os¹⁹ nota esset, viribus isti odiosius oppugnassent. Trepidando animus tuis assectatoribus accessit ac redditus est, quod praevideram fore. Hoc scribo ceu non proposito argumento²⁰, de tua fide non minus quam
 85 spiritu certus, quod sciam, omnia te candide interpretaturum. Nihil enim quaero, quam profectum euangelii et immerentis mei Principis securitatem, ne fiat tandem interim inter proceres syncretismus²¹, atque omnis scribendi licentia serio, ut fecte haecenus, praecludatur, quod futurum metuo non sine infinita sanguinis christiani iactura. Quod si quid cum Principe
 90 meo habes, me et illum commonefacias privatim, et placide dedueam in viam; nam ex lectione factus est et fit indies sequacior.

De maritis sacerdotibus multa suspecta *ὄσπερ ὑποῦλα*²² vehementer timeo, potissimum ne qui vulgi assensu coniugium sibi asciscentes, postquam male inter se forte cohaeserint aut pertaederit molestiae uxoriae,
 95 iterum refutent autoritate superiorum, eoque utrimque habeant suorum affectuum non remota *κρησφύγετα*²³, quae res populum in nos exasperaret. Si pauci et boni atque constantes viri rem primum periclitarentur aut commodior alioqui ratio dispiceretur, plus profecto de successu sperarem.

100 De nostro autem sacerdote in Vaterrode²⁴ rem sic tene. Scortum quoddam
 ab Helvetia huc oberrans sibi is adiunxit, cui cum amantius cohaereret,
 Comites²⁵, incitati nobilis cuiusdam illi adversissimi²⁶, eam a ditione sua,
 sub qua habitat, excluserunt. Defendit homo, sibi illam loco uxoris esse,
 inique fieri, si a Deo coniunctos ulla potestas separare pergat. Mox illum
 105 denunciarunt Principi meo, ut ad poenam raperet tamquam perniciosum
 novatorem, adeoque ardentibus verbis, ut invitum et recusantem tandem
 perpererent. Sed ille nunc liber factus²⁷ sacerdotium iterum ambit, quod
 spero nos illi quodam ingenio²⁸ statim confecturos. Postremo, ut me tibi
 aperiam totum, si non animus et spiritus τῷ ἄρχοντι²⁹ accesserit, nihil
 110 deinceps erit, cur me hoc taedio aulico enecem, nec subserviam amplius
 quatuor menses, si tantisper subserviam huic expectationi ceu desperatae.
 Quin mox redibo totus in gratiam cum saceris, quibus nunc velut per
 transennam³⁰ inspectis me obiter oblecto. Nam integre frui ad solatium
 animo fatiscenti sordibus negotiorum non datur. Vale et nos mutuo ames
 115 in vinculo charitatis, extra quod nihil gratiae petimus, et responde, si
 vacat, per Melancthonem. Datum Hallis, die XX. Decembris. An.
 MDXXI. V. Fabritius Capito, tibi deditissimus.

P. S. Respondit Princeps³¹ ad tuas, si privatus esset, non posset
 humanius aut submissius. Nostrum erit prae nobis ferre animum minime
 120 procacem, ne videamur animo gladiatorio captare et irritare pugnam.
 Ionae plurima dixi³², quae putaram ad rem attinere. Charitas tua boni
 consulat, et ad nos interim respondere nitatur, quo pro virili partes
 adiuvem meliores. Vale, in die Sancti Thomae. An. 1521.

Capito tuus ex animo.

³⁾ corr. aus quod.

¹⁾ „Die Ihr mehr als genug in stande seid, mit offenem Visier Euern Standpunkt zu behaupten und eine Heftigkeit des Geistes zu offenbaren, der niemand widerstehn kann.“

²⁾ Horat. Epod. 12, 3. ³⁾ November 1520. ⁴⁾ Vgl. u. Z. 52f. ⁵⁾ „daß in ihm einmal etwas Vollständigeres, Vollkommeneres sein werde“ (daß er einmal entschiedener für Dich eintreten werde). ⁶⁾ Bei Übersiedlung von Basel nach Mainz, s. o. S. 69²¹.

⁷⁾ „wenn er nur fortführe, recht zu verstehen, worauf es ankommt und zu versuchen, es in seinem Lebenswandel zum Ausdruck zu bringen“. ⁸⁾ Von den guten Werken, Ende Mai 1520 erschienen (Unsre Ausg. Bd. 6, 197). ⁹⁾ „Nachdem man aber nach Halle zurückgekehrt war, hat er alsbald wegen Ungewohntheit der Lektüre, ich weiß nicht was, ohne mein Wissen betrefß des Ablasses versucht“ (s. o. S. 395³).

¹⁰⁾ „zur Wiederbelebung (vgl. u. Z. 54) des Ablasses“. ¹¹⁾ „durch Deinen Brief“ (vom 1. Dezember, s. o. S. 405). ¹²⁾ Ebr. 5, 14. ¹³⁾ Gellius 14, 4, 3. ¹⁴⁾ S. o. Z. 19. ¹⁵⁾ S. o. S. 417 21.

¹⁶⁾ „Wie rechtschaffen sorgt er mit mir dafür, daß christliche Predigten gehört werden!“ (tueri in dieser Bedeutung freilich sonst nur c. Acc.). ¹⁷⁾ Walch 2: „Derartige Dinge sind unzählige vorgefallen.“

¹⁸⁾ „damit der schon früher einmal (anlässlich der Tetzelschen Ablasspredigten) gereizte desto mehr Kraft zum Widerstande übrigbehalte“. ¹⁹⁾ „anders als mündlich“. ²⁰⁾ „gewissermaßen beiläufig“.

²¹⁾ *Bd. 1, 618²¹⁾.* ²²⁾ *oberflächlich geheilte, aber fortschwärende Wunden.* ²³⁾ *„und daher auf beiden Seiten (zu heiraten und wieder auseinanderzugehen) für ihre Leiden- schaften nicht ferne Zufluchtsstätten haben“.* ²⁴⁾ *Balthasar Zeiger, Pfarrer in Vatterode bei Mansfeld, vgl. Enders 3, 264⁸⁾.* ²⁵⁾ *Die Grafen von Mansfeld.* ²⁶⁾ *Gen. = a c. Abl.* ²⁷⁾ *Am 4. November wurde Z. aus dem Gefängnis entlassen, mußte aber Urfehde schwören. Bei der notariellen Ausfertigung der Urfehde waren von Albrechts Seite der Kanzler Laurentius Zoch und Capito zugegen.* ²⁸⁾ *Walch²⁾: „unter irgend- einem guten Vorwande“.* ²⁹⁾ *Albrecht.* ³⁰⁾ *nur obenhin (Cic. de orat. 1, 162).* ³¹⁾ *S. die nächste Nr.* ³²⁾ *Enders 3, 265¹⁰⁾ zitiert hierzu einen Brief Capitos an Melanchthon vom 21. Dezember, in dem es heißt (Supplementa Melanchthoniana VI 1, 175): „Ionaē heri varia communicavi, quem simul oravi tecum, vel ob eommunem fidei professionem caveat, ne ipsi nobis antores interneccionis simus et ne, quod aiunt, nostra ipsi vineta demetamus.“ dixi’ scheint mir aber eher auf mündliche Verhandlungen hinzu- deuten.*

Nr. 448.

Albrecht von Mainz an Luther.

Halle, 21. Dezember 1521.

Antwort auf Luthers Schreiben vom 1. Dezember. Was diesen dazu ver- ursacht hätte, sei längst abgestellt. Er wolle sich verhalten, wie es einem frommen geistlichen und christlichen Fürsten zustehe.

Wie Luthers Schreiben an Albrecht durch die Hände Melanchthons und Capitos gegangen war, so sandte umgekehrt Capito die Antwort Albrechts zunächst an Melanchthon (21. Dezember, Suppl. Melanchthoniana VI 1, 174f.). Er be- richtet, wie der Cardinal Luthers Schreiben aufgenommen hätte: *Doctissimi Lutheri ad se scriptas (litteras) Princeps legit atque relegit placidissime nec aliud respondit, etiam primo calore, quam, acrem illam castigationem se non meritum, da er es auf Capitos Veranlassung bisher heimlich mit Luther gehalten und dessen Position gestärkt habe. Capito geht dann zu Albrechts Antwortschreiben über: Atqui rescripsit, opinor, ex animi tui sententia. Melanchthons Aufgabe sei es nun, dafür zu sorgen, daß Albrecht nicht weiter gereizt würde, sonst werde ein gewaltiger Brand entstehen. Capito führt weiter aus, wie die Erklärung des Cardinals, daß er sich künftig verhalten wolle, wie es einem frommen geistlichen und christlichen Fürsten zustehe, aufzufassen sei: ad legenda sacra, ad audiendas euangelicas conciones, ad primas episcopi partes fungendas se destinavit, nam dicendi euangelii animum pridem insumisit. Endlich übergibt er Albrechts Ant- wortschreiben mit folgenden Begleitworten: Principis itaque responsum habes humanum et prope supplex, quod is sua manu nemine praeceunte conscripsit, mox a lectis literis, Lutheri nimirum, se illis fratri suo increpanti tragicum quid submittens.*

Handschriftlich: 1. Bos. q 24^a, 227^b. Drucke: 2. Gen. 1, 585. 3. Witt. 9, 130. 4. Alttenb. 1, 926. 5. Leipz. 17, 605. 6. Walch¹⁾ 19, 661, Walch²⁾ 19, 552. 7. Enders 3, 265.

Lieber Er Doctor! Ich hab Euern Brief, welches Datum stehet am Sonntag nach Katharine¹ empfangen und verlesen, und zu Gnaden und allem Guten angenommen, versehe mich aber gänzlich, die Ursach sei längst abgestellt, so Euch zu solchem Schreiben bewegt hat.

5 Und will mich, ob Gott will, dergestalt halten und erzeigen, als einem frommen geistlichen und christlichen Fürsten zustehet, als weit mir Gott Gnade, Stärke und Vernunft verleihet, darumb ich auch treulich bitte und lassen bitten will. Denn ich von mir selbst nichts vermag, und bekenne mich,
10 daß ich bin nötig der Gnaden Gottes, wie ich denn ein armer sündiger Mensch bin, der sündigen und irren kann, und täglich sündigt und irret, leugne ich nicht; ich weiß wohl, daß ohne die Gnade Gottes nichts Guts an mir ist, und sowohl ein unnützer sinkender Stot bin, als irgend ein ander, wo nicht mehr.

Das habe ich auf Euer Schreiben gnädiger Wohlmeinung nicht wollen
15 bergen, denn Euch Gnad und Guts umb Christus willen zu erzeigen, bin ich williger denn willig. Brüderliche und christliche Strafe kann ich wohl leiden. Hoffe, der barmherzige, gütige Gott werde hierin fürder Gnade, Stärk und Geduld verleihen, seins Willens in dem und andern zu leben. Datum Halle, am Tage Thomae Apostoli, Anno 1521.

20 _____ Albertus manu propria.

1) *I. Dez., s. o. S. 405.*

[Enders 3, 267 Nr. 476 bringt den offenen Brief Joh. Edarts, Pfarrers zu Babenhausen, Augsburger Bistums, an Luther, mit dem er diesem seinen „Dialogus“ darbietet. Die Schrift wurde gedruckt von Andreas Luz in Jngolstadt. Weller 1732; Schottenloher, Zentralbl. f. Bibliothekswesen 32, 260 Nr. 22; Jos. Kösel und Fedr. Fustet in München, Nat. 5 Nr. 16. — Über Edart vgl. Buchberger, Lexikon für Theologie und Kirche 3, Sp. 527 und über seinen 1524 bei Joh. Weßnerburger in Landshut im Druck erschienenen Dialogus in divorum sycophantas praecones, doctas eorundem nenias reverberans Schottenloher, Die Landshuter Buchdrucker des 16. Jahrhunderts, Veröffentlichungen der Gutenberg-Gesellschaft 21, 1930, S. 40 Nr. 119.]

[Wir verzeichnen als noch ins Jahr 1521 gehörig die Trostschrift, die Enders 3, 448 Nr. 572 nachträgt. Vgl. Unsr. Ausg. Bd. 7, 779 und ZKG. 49, 184.]

Nr. 449.

Luther an Amsdorf.

Wartburg, 13. Januar 1522.

Von den Toten und den Verdammten und vom Jegeseuer. Karlstädts Hochzeit. Will wegen der Bibelübersetzung heimlich nach Wittenberg kommen. Die Zwidauer Propheten.

Handschriftlich: 1. Zena Bos. q 24^a 166^b u. (von Z. 423, 53 digna an) ebd. 184^a. Drucke: 2. Murifaber 2, 44^b. 3. de Wette 2, 122. 4. Enders 3, 269.

Reverendissimo viro, Domino Nicolao Amsdorffio, S. Theologiae Licentiate et Canonico Wittenbergensi, etc.

Jesus.^a

De animabus tuis non satis habeo, quod tibi respondeam. Proclive mihi est concedere tecum in eam sententiam, iustorum animas dormire ac usque ad iudicii diem nescire, ubi sint. In quam sententiam^b me trahit verbum Scripturae¹: 'Dormiunt cum patribus suis.' Et mortui resuscitati per Christum et apostolos idem testantur, cum velut a^c somno evigilarunt, ignari, ubi fuerint. Accedunt huc et ecstases sanctorum multorum. Nec habeo, quibus hanc sententiam subvertere possim. Sed an universale hoc sit omnibus animabus, non audeo asserere, propter raptum Pauli², Eliae³ et Moysi⁴, qui utique non ficti apparuerunt in monte Tabor.⁵ Quis enim novit, quomodo Deus agat cum animabus separatis? Nonne potest eas aequae sopire alternis⁶ vel quamdiu voluerit, atque viventes in carne sopit? Iam illud Lucae 16. de Abraham et Lasaro, etsi non urget universalem, tamen sensum tribuit Abrahae et Lasaro⁷, et durum est hoc ad iudicii diem torquere.

Idem de damnatis sentio: posse aliquas sentire poenas statim a morte, aliquas vero separari usque in illum^d diem. Nam epulo cruciatum confitetur⁸, et Psalmus⁹ dicit: 'Virum iniustum mala capient in interitu', nisi tu et hoc trahas ad diem iudicii, vel ad transeuntes^e mortis corporalis^f angustias. Igitur mea sententia est, incerta haec esse; verisimile autem^g, exceptis paucis omnes dormire insensibiles. Tu nunc vide, qui illi fuerint spiritus in carcere, quibus Petrus¹⁰ scribit per Christum esse^h praedicatum, annon et illi dormire in eum usque diem potuerint?ⁱ Indas¹¹ autem de Sodomitis dicit: 'Ignis aeterni poenam sustinentes', loquens de praesenti.

Mea autem sententia de purgatorio sic habet, non quod certum locum arbitrer^k, ut Sophistae fingunt, aut omnes, qui extra coelum et infernum manent, in purgatorio esse arbitrer^k (Quis enim hoc asseret^l, cum dormire possint inter coelum, terram, infernum, purgatorium et omnia, sicut viventibus contingit in profundo somno?), sed quod eam poenam esse sen-

tiam^m, quam gustum inferni dicunt, qua Christus, Moyses, Abraham, David, Iacob, Iob, Ezechias et multi alii laboravere. Ea enim cum sit similis inferno, tamen temporalis, sive extra corpus, sive in corpore fiat, purgatorium mihi est, nam talem poenam tribuimus purgatorio. Cum autem in corpore asseratur, et certa sit, extra corpus quoque negari non potest, quamquam nec demonstrari, ut prorsus, quicquid hic credideris, non erraveris. Non enim, si neges purgatorium, haereticus es, quia non negas, hanc poenam in corpore sentiri et extra corpus sentiri posse; sed hoc negas, destinatum locum esse, et certum esse extra corpus sentiri. Hoc et ego nego: qui enim in corpore eam sentiunt, iam in corpore plane non sunt, quoad vitam ipsam; mortui enim sunt. Quare non est, ut neges, hanc poenam hoc modo extra corpus esse. Haetenus ego; tuⁿ si quid amplius^o habes, doce.

Carlstadii nuptiae¹² mire placent, novi puellam. Confortet eum Dominus in bonum exemplum inhibendae et minuendae papisticae libidinis, Amen. Munusculum meum ipse feram suo tempore post Pascha.¹³ Interim Biblia transferam, quamquam onus susceperim supra vires. Video nunc, quid sit interpretari, et cur haetenus a nullo sit attentatum, qui profiteretur nomen suum.¹⁴ Vetus vero^p Testamentum non potero attingere, nisi vobis praesentibus et cooperantibus. Denique si quo posset fieri, ut secretum cubile apud vestrum aliquem haberem, mox venirem, et vestro auxilio totum ab initio transferrem, ut fieret translatio digna, quae christianis legeretur; spero enim nos meliorem daturus esse (quam habeant Latini)¹⁵ nostrae Germaniae. Magnum et dignum opus est, quod nos omnes laboremus, cum sit publicum, et publicae saluti donandum. Responde^q super haec, quid sit spei. Non opto, ut totus et omnino lateam, cum hoc sit impossibile, sed ut sciatur, me velle latere, vel nesciatur, me velle apparere. Arbitror enim hae ratione satisfieri timidisque et malis, cum senserint me latere velle.

Prophetae Cignaevi¹⁶ non vos cito moveant; habetis Scripturam Deut. 13¹⁷ et 1 Iohann. 4^{r18}, quae vos securos faciunt, ut non peccetis, si differatis eos¹⁹, et probetis primo spiritus, an ex Deo sint.²⁰ Interim dabit Dominus, quod faciendum sit. Mihi sane hoc secundum faciem²¹ vehementer suspectum est, quod iactant colloquia Maiestatis.²² De quibus plura ad Philippum. Vale et ora pro me. Die octava Epiphaniae 1522.

T. Martinus Lutherus.

a) fehlt 3. 4. b) fehlt 1. c) e I. d) illam I. e) transeuntis I.
 f) corporales I. g) tamen I. h) fehlt 1. i) poterint I—4. k) arbitror
 2—4. l) adderet, darüber: forte adfirmet, asseret I. m) suam I. n) ta-
 men I. o) melius I. p) fehlt 3. q) Respondi I. r) 5 2—4.

1) 2. Sam. 7, 12 u. ö. 2) 2. Kor. 12, 2. 3) 2. Kön. 2, 11. 4) 5. Mos. 34, 5f.
 5) Matth. 17, 3. Der Berg Thabor nach Ludolf von Sachsen, Vita Christi 2, 3. 6) sc.

vicibus abwechselnd. ⁷⁾ „Ferner erteilt jene Stelle Luk. 16, 23 ff. von Abr. und Laz., wenn sie auch nicht im allgemeinen ein Empfinden der Abgeschiedenen beweist, doch Abr. und Laz. ein solches zu.“ ⁸⁾ Luk. 16, 24. ⁹⁾ 139, 12 vgl. ¹⁰⁾ 1 3, 19, ¹¹⁾ V. 7. ¹²⁾ Karlstadt verlobte sich am 26. Dez. 1521 mit Anna von Mochau, deren Vater Christoph in und bei Seegrohna Güter zu Lehen hatte. Am 19. Januar 1522 fand die Hochzeit statt. Barge, Karlstadt I, 364f.; Nik. Müller. Die Wittenberger Bewegung S. 132²; AfRg. Ergänzungsbd. 5, 88. ¹³⁾ Vgl. o. S. 413, 5. ¹⁴⁾ Luther kannte also die anonym erschienenen vorlutherischen deutschen Bibelübersetzungen. Vgl. Unsrer Ausg. Bibel 6, 595. ¹⁵⁾ eine bessere als die Vulgata. ¹⁶⁾ Über die Zwickauer Propheten Nikolaus Storch, Thomas Drechsel und Markus Thomä gen. Stübner, die Ende 1521 in Wittenberg auftraten, vgl. Barge I, 400 ff., Nik. Müller S. 129 ff. ¹⁷⁾ V. 1 ff. ¹⁸⁾ V. 1. ¹⁹⁾ Vgl. im nächsten Briefe u. Z. 13: „habetis consilium Gamalielis differendi“. ²⁰⁾ 1. Joh. 4, 1. ²¹⁾ Walch 2: „auf den ersten Blick“. ²²⁾ Vgl. im nächsten Briefe u. S. 425, 27 ff.

Nr. 450.

Luther an Melanchthon.

Wartburg, 13. Januar 1522.

Die Briefe Abrechts von Mainz und Capito's. Die Zwickauer Propheten, ihre Berufung, ihre Privatoffenbarungen und ihre Einwände gegen die Kinder-taufe. Das Manuskript zu „Wider den Abgott zu Halle“ soll Melanchthon aufbewahren.

Handschriftlich: 1. Dresden Cod. Solger. C 351, 36^a. 2. Jena Bos. q 25^a, 14^b. Drucke: 3. Suriaber 2, 41. 4. de Wette 2, 124. 5. Enders 3, 272. Wir folgen im allgemeinen 1.

Philippo Melanchthoni, Christi ministro et oeconomio fideli, meo fratri.^a

Salutem.^b Literae Moguntini¹ si solae fuissent, vicerant, nunc vero, cum adiectae essent Fabricianae², artem prodiderunt et fucum, id quod mihi in Fabricio egregie displicet. Ego volebam impietati finem fieri, et rhetor ille agit causam impietatis, cum^c Episcopus docet personalia peccata confiteri, ac sic Luthero credit belle impositum. Temperabo et mihi, ne hominem primis literis suo merito tractem; ostendam tamen^d, ut sciat, spiritum esse in naribus filii^e hominis.³

Venio ad prophetas⁴, ac primum^f non probo tuam timiditatem, eum et maiori tam spiritu, quam eruditione polleas, quam ego. Ac primum, eum testimonium perhibeant de se ipsis, non statim audiendi sunt, sed iuxta consilium Ioannis⁵ spiritus probandi. Quodsi probare non potestis^g, habetis consilium Gamalielis⁶ differendi; nihil enim adhuc audio ab eis dici et fieri, quod Satanas non queat praestare vel aemulari. Tu autem ex mea parte hoc explores, anne^h vocationem suam possint probare. Neque enim Deus unquam aliquem misit, nisi vel per hominesⁱ vocatum,

vel per signa declaratum, ne ipsum quidem Filium. Prophetæ olim ex lege et ordine prophetali ius habebant, sicut nos modo per homines. Prorsus nolo eos recipi, si nuda revelatione sese vocatos adserant, cum nec
 20 Samueli^k quidem vellet loqui Deus nisi per auctoritatem consciam Heli.⁷ Hoc primum ad publicam functionem docendi pertinet.

Iam ut^l privatam spiritum explores etiam, quaeres^m, num experti sint spirituales illas angustias et nativitates divinas, mortes inferosque. Si audieris omniaⁿ blanda, tranquilla, devota (ut vocant) et religiosa,
 25 etiamsi in tertium coelum⁸ raptos sese dicant, non approbabis, quia signum filii hominis⁹ deest^o, βάρσρος^p unicus christianorum et certus spirituum discretor. Vis scire locum, tempus, modum colloquiorum divinatorum? Audi: 'Sicut leo contrivit omnia ossa mea'¹⁰, et: 'Proiectus sum a facie oculorum tuorum'¹¹, et: 'Repleta est malis anima mea, et vita
 30 mea inferno appropinquavit'.¹² Non sic loquitur Maiestas (ut vocant) immediate, ut homo videat, imo: 'Non videbit me homo, et vivet'.¹³ Et stellam¹⁴ parvam sermonis eius non fert natura. Ideo enim per homines loquitur, quod loquentem ipsum ferre omnes non possumus. Nam et Virginem¹⁵ turbavit angelus, sic et Daniele¹⁶, sic et Hieremias queritur:
 35 'Corripe me in iudicio'¹⁷, et: 'non sis tu mihi formidini'.¹⁸ Et quid plura? quasi Maiestas possit cum vetere homine loqui familiariter, et non prius occidere atque exsiccare, ne foeteant^a odores eius pessimi¹⁹, cum sit ignis consumens.²⁰ Etiam somnia et visiones sanctorum sunt terribiles, saltem postquam intelliguntur. Tenta ergo et ne Ihesum quidem audias gloriosum,
 40 nisi prius videris crucifixum.

Ad causam, inquires, quid? hoc enim est alios refutare, non nostra probare. At de^r hoc quomodo possum absens, cum ignorem, quid moveant? Si nihil aliud excitant, quam illud: 'Qui crediderit et baptisatus fuerit, salvus erit'²¹, et quod parvuli per sese^s non credant, prorsus me nihil
 45 movent.^t Quomodo enim probabunt, eos non credere? An^u, quod non loquuntur et ostendunt fidem? Pulchre! Hac ratione quot horis et nos christiani erimus, dum dormimus et alia facimus?^v Annon ergo eodem modo potest Deus toto infantiae tempore, ceu continuo somno, fidem in illis servare? Bene, inquires, hoc confutat adversarios de fide iam infusa.
 50 At hoc interim sufficit, eos inveniri tales, qui nihil probent et falso spiritu sint commoti. Quid de infundenda dicis? Nihil est reliquum prorsus, nisi fides aliena, quam si statuere non possumus, nihil disputandum est reliquum^w, sed simpliciter damnandus baptismus parvulorum.

Tu dicis, infirma esse exempla fidei alienae?^x Ego nihil firmitus esse
 55 dico. Ostendant illi, aut^y omnes quoque daemones, unum exemplum fidei alienae infirmum. Nam quod Samuelem orasse pro Saule inducis, nihil est; luxit Saule²², non oravit, aut si oravit, non oravit fide, hoc est, non credidit obtinere^z quod petebat, sed in dubium et^{a'} in^{b'} arbitrium Dei

ponebat. Quemadmodum David pro parvulo suo²³, et multi pro multis
 aliis. Si enim certo definiisset se accepturum, utique obtinisset. Stat^{c'} 60
 enim fidelis promissio Christi, Matth. 21²⁴: 'Quaecumque petieritis, credite,
 quod^{d'} accipietis, et fiet vobis'; et Matth. 18²⁵: 'Si duo super terram'
 etc.^{e'} Stet ergo inconcusse, impossibile esse, ut id non fiat, quod petitur
 et creditur fieri, alioqui vacillabit universa doctrina fidei, nec propria
 fides aliquid valebit, cum nitatur eiusdem promissionibus. Imo fides aliena 65
 nobis propria, sed alteri aliena est, nihilominus necesse est, ut fiat in altero,
 quod credit. Huc pertinent omnia exempla euangelii. Neque enim unum
 aliquando dimisit Christus, qui fide aliena offerretur, sed omnes suscepit.
 Et quid plura? Testimonia et exempla totius Scripturae stant a fide
 aliena, id est, a propria fide, quae impetret alteri fidem, et quicquid volet. 70

Hoc igitur restat, an ecclesia credat parvulis infundi fidem. Nam de
 ecclesia fortassis haec quaestio, non de fide aliena aut efficacia eius ver-
 titur. Fides aliena quid^{f'} possit, non est disputandum, cum sint omnia
 possibilis credenti.²⁶ Haec autem quaestio est de facto, non de iure; non
 enim possumus disputare, an ecclesia debeat^{g'} credere, parvulis infundi 75
 fidem, cum potestatem habeat in totum non baptisandi parvulos, nec est
 locus Scripturae, qui eam cogat hoc credere, sicut sunt aliorum artien-
 lorum. Quid igitur faciemus hic? ius non probamus? fidem quis videt?
 Ad confessionem igitur eundem, siquidem ore confessio fit ad salutem.²⁷
 Iam quid confitetur ecclesia, sese^{h'} credere in hoc articulo? Nonne pueros 80
 etiam esse participes beneficiorum et promissionum^{i'} Christi? ^{k'} Ob-
 iicietur^{l'} vero: Quid, si Augustinus, et quos ecclesiam vocas vel esse credis,
 in hac parte errarint? Quis certos nos facit^{m'}, cum probare non possumus,
 debere eam sic credere? At eadem obiectio impugnabitur^{n'}: Si non ius,
 tamen factum proprie credendi in ecclesia. Quis enim certus erit, Augusti- 85
 num credidisse trinitatem, si confessioni eius non creditur? Confessionem
 eius certus sum consonare Scripturae, sed eum credere, sicut confitetur,
 sum incertus. Ego vero video id singulari miraculo Dei factum, ut solus
 hic articulus de parvulis baptisandis nunquam fuerit negatus ne ab
 haereticis quidem: adeo nulla est confessio ullius^{o'} in oppositum, sed e 90
 contra totius orbis constans confessio et una ad propositum. Hanc autem
 confessionem negare esse ecclesiae illius verae et legitimae, arbitror
 impiissimum esse. Idem enim mihi videtur, atque ecclesiam negare, eum,
 si non esset, haec ecclesia absque dubio aliquando dedisset contrariam
 confessionem^{p'}, eum fides ecclesiae nunquam non fuerit, et nunquam non 95
 confessa fuerit, quod credit. Plura tamen^{q'} sapiens ex ista occasione
 capies.

Cum igitur ad baptismum afferre parvulum^{r'} aliud non sit, quam
 ad Christum praesentem et manus gratiae aperientem in terra offerre, et
 ille universis exemplis ostenderit, sese acceptare, quod offertur: eur hic 100

dubitemus?⁸⁷ Saltem hoc prophetis istis abstulimus, ne possint sua probare, cum desit eis exemplum et testimonium, nobis autem adsint testimonia et exempla, tum eorum testimonium nobis non repugnat. Quis enim sic arguet: credendum est et baptisandum, ergo parvuli non sunt
 105 baptisandi? Non enim ex hoc loco istam consequentiam trahent, cum non probent⁸⁸ parvulos non credere, quod ipsi praesupponunt, et aliunde probare debent, atque non possunt. Quod ergo non est contra Scripturam, pro Scriptura est et Scriptura pro eo. Iam eadem subtilitate circum-
 110 cisionem tulerint⁸⁹, dicendo: parvuli non habent fidem Abrahae, ergo non debent habere signaculum eiusdem fidei; cum certum nobis sit, circum-
 cisionem aequalis baptismo virtutis fuisse. Non igitur video, cur non autoritate quoque Dei et exemplo isto parvulos oporteat baptisari, nisi quod baptismus liber est, non exactus, ut circumcisio, proinde neque in
 115 tempora, aetates, loca, et alia quoque externa captivari debuit, cum totus liber sit in se ipso. Quod ergo tunc dictum est uni genti in octava die²⁸, hoc dicitur nunc omnibus populis omnium aetatum: 'Qui crediderit' etc.

Sed plura coram. Semper expectavi Satanam, ut hoc uleus tangeret²⁹, sed noluit per papistas. In nobis ipsis et inter nostros molitur hoc gravissimum schisma, verum Christus conteret eum³⁰ velociter sub pedibus
 120 nostris.³⁰ Volo etiam scire, ut tractaris illud 1 Corinth. 7³¹: 'Alioqui filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.' Num de solis adultis, aut de sanctitate carnis intelligi velis? Nam hinc parvulos fuisse baptisatos ritu et tempore apostolorum, optarim ostendi. Quamquam video, quid
 125 dici possit de ista sanctificatione, tamen tuum etiam iudicium videre volo. Cur enim de solis filiis diceret, cum sanctis omnia sint sancta et mundis omnia munda?³²

Libellum adversus Episcopum Moguntinum serva proditurum, et generalem increpationem facturum, ubi insanierint alii.³³ Para mihi hospitium, quia translatio me urgebit ad vos reverti³⁴, et ora Dominum, ut fiat cum sua voluntate. Opto autem latere, quantum fieri potest; interim procedam, quo institui. Vale.³⁵ Octava Epiphaniae 1522.

Tuus³⁶ Martinus Lutherus.

a) 3. 4 nur: Domino M. Philippo Melanchthoni. b) S. 1 a. R. c) dum 2—5.
 d) autem 3. 4. e) fehlt 3. 4. f) primo 1. g) Quodsi — potestis fehlt 3. 4.
 h) an 3. 4. i) hominem 2—5. k) Samuelem 3. 4. l) vero 3. 4. m) quae-
 ras 2—5. n) fehlt 3. 4. o) + qui est 2—5. p) + probator 2—5.
 q) foetent 3. r) fehlt 3. 4. s) se 3. 4. t) Zu diesem Satze hat Veit Dietrich
 in 1 an den Rand geschrieben: An parvuli habeant fidem. u) At 3. 4. v) Hierzu
 1 a. R.: Infirma ratio: non confitentur nec ostendunt fidem, ergo non habent fidem.
 w) fehlt 3. 4. x) Hierzu 1 a. R.: De fide aliena quid prosit. y) O. autem illi 3. 4.
 z) obtineri 2—5. a') aut 3. 4. b') fehlt 1. c') Stet 2. 5. d') quia 2—5.
 e') promissio Christi Matt. 18: si duo super terram etc., et: quaecunque . . . et fient
 vobis 3. 4. f') quicquid 3. 4. g') deberet 3. 4. h') se 3. 4. i') et pro-

missionum *fehlt* 3. 4. ^{k')} Nonne — Christi *fehlt* 1. ^{l')} Obiicitur 2—5.
^{m')} *faciet* 2—5. ^{n')} *impugnabit* 1. ^{o')} *So in I aus illius korrigiert*. *illius* 2—5.
^{p')} *aliquando contrarium confessionem protulisset* 1 (*das letzte Wort von derselben Hand, die den Brieftext geschrieben, am Zeilende nachgetragen*). ^{q')} *tu* 2—5. ^{r')} *fehlt* 3. 4. ^{s')} *dubitamus* 2—5. ^{t')} *probet* 1—5. ^{u')} *Hierzu a. R. von Veit Düttrichs Hand: Simile de circumcissione.* ^{v')} *So in I aus eos korr.* ^{w')} *fehlt* 1.
^{x')} *fehlt* 1.

Mitto hic supplicationem Aldenburgensium^b. Qui me interpellant, vt pro Gabriele scribam^f obtinendo. Ego autem iam antea⁹ scripsi de eodem, & arbitror omnino principi esse^g redditas literas. Ego existimo Gabrielelem istue esse vocatum. ideo mandavi ei¹⁰, ne discederet^h, donec
 45 princeps alium illuc miserit & sic per vim efficiat. Neque consilio neque auxilio meo debet illic recedere nisi compulsus. Scio, quid princeps metuat. Scio etiam, quodⁱ in carne adhuc sumus & multa timemus, vbi timor non est. Summa: faciat princeps & aula in hac re, quod voluerint, Ego spiritui
 50 sancto non resistam, ipsi viderint. Sententia mea est, Non probari nec consentiri^k a me, Gabrielelem illic submouendum, neque rursus animus est illum vltra commendare vel in eo loco tueri aduersus vim. Vos videritis. Bene vale in domino. Cursim. Die ascensionis.

^a) <Et> Neque. ^b) über der Zeile. ^c) doctrinam <oblata>. ^d) (Sic) Si. ^e) haberi <Debit autem>. ^f) scribam <seru[ando?]>. ^g) esse <oblata[s]>. ^h) discederet <nisi>. ⁱ) quod <. . . m>. ^k) korr. aus consentire.

¹) Nicht Münzer, sondern Markus Thomä Stübner ist gemeint, denn die im folgenden widerlegten Argumente gegen die Kindertaufe sind die der Zwickauer Propheten (s. o. S. 425, 43 ff.). ²) Mark. 16, 16. ³) V. 11. ⁴) Matth. 3, 11. ⁵) Kolde, Die loci communes Phil. Melancthon's³ S. 229 ff. ⁶) Röm. 4, 11. ⁷) V. 14. ⁸) Gemeint ist doch wohl der Brief des Rats zu Altenburg an Luther vom 22. Mai, s. o. S. 533. ⁹) Luther meint wohl den Brief, den er am 8. Mai an den Kurfürsten geschrieben hat (s. o. S. 519). ¹⁰) Am 27. Mai, o. S. 541.

Nr. 501.

Luther an Joh. Lang.

Wittenberg, 29. Mai 1522.

Schickt Lang statt des diejenig gehörigen Exemplars eines hebräischen Lexicons dasjenige, das er selbst sich einst in Erfurt gekauft hat. Plant einen Brief an die Kirche zu Erfurt über Heiligenverehrung.

Drucke: 1. Hurifaber 2, 68^b. 2. de Wette 2, 203. 3. Ender's 3, 379.

Ihesus.

Gratia et pax in Christo. Lexicon Hebraicon¹ remitto, sed illud primum, quod olim Erfordiae emeram ab initio²; nam tuum³ propter crebras annotationes pro mea teneo memoria, quamquam et istud aliquot⁴ habeat, quibus aegre careo, et tu illis non omnibus⁵ crede, aliquando enim divinavi.⁶

Epistolam ad Ecclesiam vestram animo verso⁷, sed distractus⁸ multitudine rerum nondum parturio, volo tamen aliquando parturire. De cultu

Sanctorum totus orbis (miror) quaerit ita, ut cogar de ipso in lucem
 proferre iudicium meum. Vellem enim sopiri hanc quaestionem, non alia
 causa, quam quod non necessaria est, tam multas quaestiones, et ut
 Paulus⁹ ait, sine fine movebit. Et Satan hoc agit, ut superfluis et non
 necessariis quaestionibus nos a fide et charitate avocet, et novas sectas
 et haereses suberigat, dum non advertitur. Tu igitur ea, quae sunt utilia^a,
 tantum urge, et ad Christum omnes voca, ut interim sciant non necessa-
 rium esse cultum Sanctorum, ut demus licitum et bonum esse. Stultum
 autem est in non necessariis sudare et necessaria negligere. Per sesemet
 cultus Sanctorum sine opere nostro corruet, ubi non necessarium esse
 constiterit, et Christus solus fuerit in monte Tabor.¹⁰ Nam hac ratione
 mihi ipsi excidit iste cultus, ut nesciam, quomodo et quando desierim
 Sanctos appellare orando, contentus uno Christo et Deo Patre. Quocirca
 probare non possum eos, qui apud nos simpliciter damnant cultores Sancto-
 rum. Oportuit enim infirmos lente ducere¹¹ et non subito deturbare,
 data primum ratione non necessari cultus, deinde servato affectu reveren-
 tia erga Sanctos, de qua libellus meus loquetur. Placet, quod et Usingen-
 sis¹² in arenam procedit, amissurus auctoritatis suae culicem.¹³ Vale et
 ora pro me. Saluta omnes nostros in Christo. Vittembergae, die Ascen-
 sionis 1522.

Tuus Martinus Lutherus.

^a) vitia 2.

¹) Vielleicht ein Exemplar von Reuchlins *De rudimentis hebraicis* (1506). ²) Luther meint wohl die Anfangszeit seines Erfurter Theologiestudiums. ³) Dein Exemplar des Reuchlinschen Werkes? Auch das Exemplar von Taulers *Predigten* (1508), das Joh. Lang während seines Aufenthalts in Wittenberg v. Aug. 1511 — c. Febr. 1616 von einer Matrone testamentarisch geschenkt erhalten hatte, hat Luther lange entliehen gehabt (vgl. Bd. 1, 79, 58 ff.) und mit Randbemerkungen versehen, als wenn es ihm gehörte (Unsre Ausg. Bd. 9, 95). ⁴) sc. annotationes. ⁵) sc. annotationibus. ⁶) Daß Joh. Lang Luthers hebräische Studien unterstützt hat, erkennen wir auch daraus, daß er ihm ein Exemplar von *Capitis Institutionula in Hebraeam linguam* (1516) geschenkt hat (jetzt in Frankfurt St., Unsre Ausg. Bd. 9, 115). ⁷) Jetzt hat Luther den Stoff gefunden für den Brief, den er schon am 28. März (s. o. S. 488, 9f.) ad Erphordiensem ecclesiam schreiben wollte (Unsre Ausg. Bd. 10², 159). ⁸) districtus? S. Bd. 1, 48, 14. ⁹) I. Tim. 1, 4. ¹⁰) Matth. 17, 8. Zu Thabor s. o. S. 423, 5. ¹¹) Vgl. o. S. 475, 33. ¹²) Usingen hatte Anfang 1522 das ihm von der Geistlichkeit des Marienstifts ungetragene Predigtamt an der Domkirche angenommen und polemisierte nun unermüßlich von der Kanzel gegen die neuen Prädikanten Joh. Culsamer, Georg Forchheim, Agidius Mechler, Joh. Lang, Antonius Musa, Joh. Kohl u. a. Culsamer erließ im Frühjahr eine „Widerlegung wider etzliche Sermonen, geschehen zu Erfurt von Dr. Bartholomäo Usingen“, in der er besonders eine Predigt desselben angriff, die er am Feste des heil. Adclarus (20. April) über die Verdienstlichkeit der guten Werke und die Verehrung der Heiligen gehalten hatte (Nik. Paulus, *Bartholomäus Arnoldi von Usingen* S. 42 ff.). ¹³) sein bißchen Ansehen.

Nr. 502.

Luther an Christoph [Hofmann?].

Wittenberg, [Ende Mai 1522?].

Von dem Adressaten wohlwollenden Freunden habe er die Fragen erfahren, die Adressat Karlstadt vorgelegt habe. Warnt ihn vor den neuen Dogmen der Zwickauer Propheten.

Adressat und Datierung: Aurifaber bringt unsern Brief unter der Adresse Christophoro Hofman und mit dem Datum Witebergae MDXXV, aber, wie Enders 4, 51¹ bemerkt, in einer Gruppe von Briefen unter der Überschrift: 'Sequentes epistolae nuper oblatae nobis in fine anni 1525 positae sunt, ne intercederent, pertinent autem in annum 1523. 1524', und zwischen den Briefen Luthers an Coban vom 29. März 1523 und an Joh. Lang vom 1. Mai 1523 (1528!); daher steckt wohl in der Jahreszahl ein Druckfehler; Aurifaber meint vielleicht: 1523. De Wette 2, 276* verwirft ebenfalls die Jahreszahl 1525, „da Karlstadt in diesem Briefe noch auf eine freundliche Weise erwähnt wird und noch in Wittenberg zu sein scheint. Auch die Anführung der Zwickauer Propheten führt ins Jahr 1522.“ Enders vergenauigt das Datum nach dem Vorgang von Jäger, Karlstadt S. 298 (auch im Einklang mit Barge, Karlstadt 2, 3^b): „um Ende 1522“. Buchwald ThStKr. 1899, S. 116 möchte zu der Datierung Aurifabers zurückkehren, da sich aus dem Briefe ergebe, daß Adressat — Christoph Hofmann, der um 10. August 1522 als Prediger in Nisingen angetreten sei — dem Karlstadt Fragen vorgelegt habe und dieser 1525 nach Nisingen gekommen sei. Nun ist Karlstadt aber schon Ende November oder Anfang Dezember 1524 nach Nisingen gekommen, von wo er Ende des Jahres nach Rothenburg o. T. entwich (Barge 2, 298). Andererseits hat Hofmann auch schon 1521 in Wittenberg Fragen vorlegen können. Am 17. August 1520 ist er hier immatriculiert, und am 19. Juli 1521 ist er zum bacc. bibl. promoviert worden, durch Karlstadt, der dazu 24 Thesen aufgesetzt hat (Barge 1, 290. 479). Mir scheint betreffs des Datums festzustellen, daß unser Brief entstanden ist nicht lange nach der Unterredung, die Luther nach seiner Rückkehr von der Wartburg mit den Zwickauer Propheten gehabt hat und über die er am 12. April 1522 an Spalatin und Lang schrieb, und etwa gleichzeitig mit dem Briefe an Spalatin vom 29. Mai, aus dem sich ergibt, daß die Einwände der Zwickauer Propheten gegen die Kindertaufe sich verbreitet hatten. Sie operierten mit Mark. 16, 16. Dagegen führten die Verteidiger der Kindertaufe die fides aliena ins Feld, d. h. daß der Glaube der Eltern und Paten für den noch fehlenden der Kinder eintrete. Adressat scheint dem entgegengehalten zu haben: Fides aliena kann mich nicht selig machen, sondern nur mea propria fides. Luther gibt ihm so weit recht, fährt aber fort: Jedoch bewirkt fides aliena und erlangt von Gott durch Fürbitte, ut et ego mea propria fide credam. So erlangt fides aliena ecclesiae fidem propriam der Kinder. Betreffs des Adressaten scheint mir Aurifaber die Überschrift Christophoro Hofman nur aus der Anrede: 'optime Christophoro' und daraus, daß Adressat mit Karlstadt in Verbindung steht, erschlossen zu haben. Gegen Hofmann spricht aber, daß Luther dem Adressaten seine Meinung kundtut ignotus ignoto. Hofmann wurde doch schon am 17. August 1520 in Wittenberg immatriculiert! Wenn auch ein Professor in Wittenberg nicht alle Studenten kennen konnte, so war doch

Luther allen Studenten bekannt! Mit Sicherheit ergibt sich aus unserm Briefe über den Adressaten nur: 1. daß er mit dem Vornamen Christoph hieß, 2. daß er Karlstadt Fragen vorgelegt hatte, 3. daß Luther Grund hatte, mit Rücksicht auf die zwischen Karlstadt und dem Adressaten bestehenden engen Beziehungen ersteren nicht schlechtzumachen, 4. daß Adressat in Wittenberg wohlwollende Freunde hatte. — Über Hofmann, der 1527 aus Nisingen vertrieben und 1536 Pfarrer in Jena wurde, s. später.

Drucke: 1. Murifaber 2, 308. 2. de Wette 2, 276. 3. Enders 4, 50.

Gratia et pax tibi. Ex iis, qui tibi bene volunt, amicis, optime Christophore, intellexi quaestiones tuas, quas Doctori Andreae Carlstadio proposuisti de scientia praedestinationis, de lapsu et resurrectione iusti, de fide aliena, de baptismo parvulorum, de perseverantia spiritus in sanctis etc. Exegerunt quoque, ut tibi uno verbo meam sententiam significarem, 5
quamquam ignotus ignoto, quibus nihil negare possum nec debeo. Quare et tu meam operam boni consulas oro. Obsecro autem te per Christum, ut ab istis novis dogmatibus tibi caveas; sunt enim prophetarum, qui apud nos e Cygnea auditi sunt me praesente¹, sibi ipsis nihil constantes et plane sine Scripturis, solo suo spiritu loquentes, quos nisi ipse vidissem, 10
aliorum magnificis bullis motus, esse eos aliquid² et ego putassem. Quibus et Dominus Carlstadius sive pro suo candore sive bono animo nondum fortiter resistit. Mea sententia est haec, nos debere fidere gratiae Dei, sed manere incertos de nostri et aliorum futura perseverantia seu praedestinatione, ut ille³ dicit: 'Qui stat, videat ne cadat', quamquam apostolos certos 15
fuisse de sua salute non est dubium. Attamen David quoties, quaeso, metuit et plorat⁴, ne proiciatur a facie Dei! Denique multis haec et exemplis et Scripturis apud nos sunt testatissima, fidem alienam certum esse non facere, ut ego sim salvus, ea ipsa aliena, unusquisque enim per se credit vel non credit; facit tamen et impetrat, ut et ego mea propria fide 20
credam; alioqui quid sunt orationes fidelium pro infidelibus, ut sanctificetur nomen Dei, ut veniat regnum eius? Sic parvulis dari fidem propriam sentimus in baptismo, impetrante eam fide aliena ecclesiae, et pro parvulo orante in Christi spiritu. Sic septies cadere et resurgere iustum⁵ sentimus, donec occulta iis fuerit praedestinatio sui. Et quid multis 25
teum? tu ipse plura ex iis sapies occasione accepta. Deinde amici tantum sententiam meam ad te scribi voluerunt, quod feci. Christus autem custodiat cor tuum et intelligentiam tuam in simplicitate Christi, Amen. Ora pro me. Wittenbergae.^a

^a) + MDXXV. 1. 2.

¹) S. o. S. 493, 17 ff. ²) Apg. 5, 36. ³) 1. Kor. 10, 12. ⁴) Ps. 50, 13 eg.
⁵) Prov. 24, 16.

[Enders 3, 383 Nr. 539 bringt unter dem Datum: Rom c. Juni 1522 den Brief des Joh. Fabri an Luther, den er seinem Opus adversus nova quaedam et a Christiana religione prorsus aliena dogmata Martini Lutheri vorangestellt hat. Das Werk erschien zuerst in Rom am 14. Aug. 1522 (Enders 3, 384 Nr. 1; Unfre Ausg. Bd. 12, 84). Enders 3, 389¹ begründet seine Datierung damit, daß der Druck wohl mindestens zwei Monate gedauert haben müsse; er bemerkt jedoch, daß der Brief auch bedeutend früher verfaßt sein könnte, da Fabri bereits im Oktober 1521 mit dem Werke so ziemlich fertig war. Bestimmteres vermag ich auch nicht zu sagen. Wahrscheinlich hat Fabri den Brief erst nach Vollendung seines Werkes geschrieben, vielleicht erst während der Drucklegung, so daß Enders' Datierung in Kraft bleiben könnte, auch wenn der Druck schon im Mai begonnen hat (AfRg. 5, 35). Herzog Georg, dem der Cardinal Matthäus Schinner¹ aus Rom am 29. August 1522 ein Exemplar des römischen Drucks als Geschenk zugesandt hatte (Geß, Akten und Briefe 1, 348), veranstaltete einen Nachdruck bei Melchior Lotther in Leipzig, der am 25. April 1523 heraustrat (Enders 3, 384 Nr. 2; vorch. in Berlin St. und Leipzig II.).² Erst durch diesen Nachdruck wurde man wohl nicht nur in Wittenberg, sondern überhaupt in Deutschland auf Fabri's Werk recht aufmerksam. Luther hat ihn in seinem Briefe an Kurfürst Friedrich vom 29. Mai 1523 (Enders 4, 146) im Auge. Da die auf die Frankfurter Messe gebrachten 20 Exemplare im An verkauft waren, besorgte Joh. Cochläus einen Auszug aus dem Werke, der im August 1523 bei Gottfried Hittorp in Köln erschien (Spahn, Joh. Cochläus S. 342 Nr. 6; 2 Ex. in Leipzig II.)]

¹) Er hatte Fabri bei Abfassung seines Werkes unterstützt (Horawitz, Joh. Heigerling gen. Faber, Wien 1884, S. 32. 36).

²) Schon am 23. Februar 1523 schrieb Michael Hummelberger aus Ravensburg an Vadian (Arbenz 27, 10): 'Liber Ioannis Fabri adversus Martinum Romae invulgatus nunc denuo exeditur Lypisiae, procurante Pontio Pilato, duce Georgio dicere volui, cui liber is mirum in modum placuit.'

Nr. 503.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg, Anfang Juni 1522.]

Urteilt über Zwilling wie vorher trotz Spalatin's Mißtrauen. Hoffst, daß Spalatin den ganzen deutschen Matthäus empfangen hat. Erklärung von Zef. 11, 2f. Bittet, die beiliegenden Büchlein an Hans von Berlepsch zu befördern.

Datierung: Luther greift auf sein unterm 29. Mai über Zwilling gefälltes Urteil zurück, gegen das Spalatin sich in seinem Antwortbrief erklärt hat. Danach fällt unser Brief in die ersten Tage des Juni.

Original: Gotha A 122, 19. Gedruckt bei Aurifaber 2, 50; de Wette 2, 170; Enders 3, 381.

Erudito & pio viro D. Georgio Spalatino, Ecclesiasti Euangelico, suo in Domino.

[*Darunter von Spalatins Hand: D.M.L. de loco hoc Esaie XI^{mo} Spiritus Domini super eum requiescet. 1. 5. 22.]*

Ihesus.

Gratia & pax in Christo. De Gabriele sentio vt antea, mi Spalatine, nec tua me ratio tantillum mouet, quę hoc agit, ne quisquam speret, fratrem lapsum posse emendari aut, si iterum labatur, non posse iterum surgere. Christus aliter indicat quam tu, qui septies septuagies indulget fratri.¹ Nec tu ferre posses, sic de te apud deum indicari. Spero te accepisse Mattheon vernaculum totum eum aliis.² Nam te vnum sic visum est honorari, quod presunamus principi quoque talia ostendi.³ Duci Iohanni etiam vnum exemplar mittitur. preter hec nulli vel Charta videri datur, ne ipsis quidem in officina laborantibus. Opto scire^a, vt placeat iste labor.

Isaie xi⁴ iuxta hebreon sic habetur: 'Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientie & timoris domini.' Claret itaque^b, septimum illud (scilicet 'pietatis, & replebit eum spiritus') esse adiectitium. Dimissis omnium nugis vel seriis Ego sic sentio: pii hominis vitam in tria dividendam. primum ad ipsius anime vitam, qua ex fide vivit, pertinere. hic sapientia & intellectus. Sapientia, quia per fidem cognoscit deum & que Dei sunt. Intellectus, quo scrutatur de die in diem magis ac magis ea, que sapientie sunt, vt intellectus sit fere vsus, exercitatio, inuestigatio, profectus, robur, incrementum sapientie, sine aliter id velis appellare. Nam hebraice Bina, /. intelligentia, proprie est acuta diligensque observatio (& vt vocant) inuentiua & exploratiua cognitio, & fortius ad affectum quam mentem sonat, vt Daniel 8⁵: 'Ad vxores & ad omnem deum non intelliget' (/. non dabit operam, vt cognoscat & sciat &c.⁶

Alterum est: cum intelligens & sapiens sapientiam & intellectum possederit, iam incipit proferre foras, ita viuere, loqui & docere, tunc incipit persecutio & erux, quia mundus fidem & verba sapientie & intellectus non patitur. Hic spiritus consilii & fortitudinis regnat, vt homo prudens sit, quid faciat & sequatur in tribulationibus, quod tamen & ipsum fluit ex sapientia & intellectu^d ceu ex fonte. Porro fortitudo seu potentia ad affectum pertinet, vt sustineat & vincat in persecutionibus. Igitur Sicut sapientiam, ita & consilium ad mentem, vt Intellectum, ita & potentiam ad affectum referas.

Tertium est ipsa externa conuersatio cum hominibus. Hic scientia & timor domini regnat. Scientia, vt sciat omnia esse libera^e, valetque contra hypocrisin & superstitionem in cibis & potibus, vestibus & quicquid

vel homines statuunt vel ipsa natura sibi fingit, Agiturque id unum, ut corpus libere, sed tamen discrete, hoc est: cum scientia, domet & regat. Timor domini affectum^f regit, ne superbiat firmus contra infirmum & libertatem vertat vel in occasionem carnis⁶ vel in scandalum fratri, Sed vtatur libertate in timore domini modeste & salubriter. Multis testimoniis he^g verborum significationes probari possunt, quas tu ipse observa legendo, & hanc nostram sententiam (scio) probabis. Fuge ergo Somnia illorum, qui de donis spiritus⁷ hunc locum ineptissime tractarunt, imo lacerarunt.

Mitte, queso, hos libellos in regnum voluerum ad eum, quem nosti.⁸
Et vale. Saluta aulam in domino.

Martt. Luther.

^a) scire, <q . ^b) itaque <pietat>. ^c) *Schlußklammer fehlt.* ^d) intellectu <quasi>. ^e) libera <& discernat . ^f) affectum <hunc>. ^g) *korr. aus hee.*

¹) *Matth. 18, 22.* ²) *D. h. die vier Bogen A—D des Septembertestaments. (Bogen A hatte Luther schon am 10. Mai geschickt, s. o. S. 525¹.) Mit 'cum aliis' meint Luther einen Teil des Markus-Bogens E und den 1. Römerbriefbogen a (damit beginnt die 2. Hälfte des Septembertestaments, die mit neuer Bogen- und Blattzählung einsetzt) (Weber ZKG. 33, 402f.).* ³) *„weil wir voraussetzen, daß auch dem Kurfürsten solches gezeigt werde“.* Weil Luther voraussetzt, daß Spalatin solche wichtige Neuerscheinungen ohne weiteres dem Kurfürsten mitteilt, schickt er nicht auch diesem die Aushängebogen. ⁴) *V. 2. Nach der Vulgata lautet die Stelle: 'Et requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini.'* ⁵) *Luther meint die Stelle Dan. 11, 37, die nach der Vulgata lautet: 'erit in concupiscentiis feminarum nec quemquam deorum curabit.'* ⁶) *Gal. 5, 13.* ⁷) *Über das Katechismusstück „Die 7 Gaben des heil. Geistes“ vgl. Joh. Geffcken, Der Bildercatechismus des 15. Jahrhunderts 1855, S. 22, Cohrs, Die evangel. Katechismusversuche vor Luthers Enchiridion 1, 270, Brichtbüchlein des Magisters Joh. Wolff, herausgeg. von F. W. Battenberg 1907, S. 159. Luther denkt aber vielleicht mehr an Tauler und Münzer (Annemarie Lohmann, Zur geistigen Entwicklung Thomas Müntzers 1931, S. 25).* ⁸) *Hans von Berlepsch.*

Nr. 504.

Luther an Volkmar Stolz.¹

Wittenberg, 2. Juni 1522.

Antwort auf die wiederholte Frage, ob er, auch wenn er weiter nicht Messe lese, den Gehalt als Altarist weiter beziehen dürfe.

Gedruckt: 1. Aurifaber 2, 69^b. 2. de Wette 2, 204. 3. Enders 3, 393.

D. Volgmaro Stoltz.

Ihesus.

Salutem. Sic occupatus sum, ut literas tuas nescio quo posuerim², nomen tuum nescire coactus fuerim³, mi Volgmar. Idem autem scribis, an missam debeas omittere vel censum.⁴ Respondeo: optimum foret, si persuasis hominibus, censu retento⁵, missis omnino abstineres, sicut faciunt nostri sacerdotes. Sin persuaderi nondum possunt, tutius est et censum renuntiare. Erat quidem modus, si missam faceres, ut communionem, non ut sacrificium aut bonum opus, donec infirmi erudirentur; sed hoc propter censum facere, et non mera libertate, non est consultum. Quis enim prohibeat, si quis se ipsum quotidie communicet⁶, modo id libere, non census gratia faciat, aut ad summum, si id faciat amore servitutis, qua infirmis ad tempus cedat, sicut Capellanis nostris consului? Sed istum servitutis casum in te non video habere locum; ideo aut libere comunica, aut abstine a censu et missis, sic sapias in Domino. Tu bene vale. Wittenbergae, 1522, feria 2. post Exaudi.

Tuus Martinus Lutherus.

¹) Enders 3, 393¹ vermag über diesen Mann keine Auskunft zu geben. Ich kann nur beibringen, daß das Ex. Zw. RSB. 20. S. 1^o des Grunenbergschen Urdrucks der deutschen Übersetzung Spalatin des Sermo de duplici iustitia Unsrer Ausg. Bd. 2, 144a die handschriftliche Widmung trägt: D. Volgmaro. ²) Vgl. darüber, daß Luther „die bei ihm täglich eingehenden Briefe nicht sorgfältig aufhob“, Lutherstudien 1917, S. 2. ³) Es ist also Luther gegangen, wie mit dem ersten Briefe von Heinrich Oldenburg in Magdeburg, s. o. S. 534: den ersten Brief von Stolz hat er nicht gleich beantwortet, dann verlegt, den Inhalt im Kopf behalten, aber den Namen des Briefschreibers und die Adresse vergessen, auf den zweiten Brief von Stolz aber antwortet er gleich. ⁴) Vgl. U. A. Tischr. 3 Nr. 3685, auch Nr. 3105. ⁵) Vgl. o. S. 508, 71f. ⁶) Vgl. Schmalkaldische Artikel in der Neuausgabe der Bekenntnisschriften von 1930 S. 418 und dazu Volz'Anm. 6.

Nr. 505.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg,] 5. Juni 1522.

Briefüberbringer Hans Meyendorff. Spalatin soll dessen Bittgesuch dem Kurfürsten übergeben. „Hartmuth von Cronberg hat einen Boten bei mir hier mit einem Briefe. Auch Melancthon hat Briefe von Straßburg und von anderen, die Dir geschickt werden werden, wenn Du sie wirst lesen wollen.“ Jakob Propst zum zweiten Male gefangen. Die Niederländer Augustiner dürfen nicht zum Pfingstkapitel nach Grimma kommen.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Aurifaber 2, 70; de Wette 2, 205; Enders 3, 394.

D. Georgio Spalatino, Euangelistę, suo in Christo Venerabili fratri.

Ihesus.

Salutem. Petiit hic Ciuis *Janß neyendorff*, Mi Spalatine, vt tibi
 commendatus per te principi supplicationem porrigeret. Habet nescio
 5 quid cause, quam metuit per Magistratus differri vsque ad abcessum¹
 principis, quo irritum faciant eius consilium. poteris ex ipso si libet audire.
 Eloquens & industrius vir esse videtur & dignus^a, qui in statum ciuium^b
 prouehatur², cum tot hic sint pori & talpę, non nisi ventri suo seruientes.
 Hartman a Cronberg nuntium^c apud me hic habet cum literis.³ Habet &
 10 Philippus ab Argentina & aliis. Quas si legere voles, mittentur. Vale &
 ora pro me.^d Iacobon priorem Anuerpiensem denno captum scribunt
 per Cesarem, forte quod reuocarit reuocationem.⁴ Et seuit Cesar pro-
 hibuitque, ne nostri fratres ad Capitulum Vicarii venirent. feria 5 post
 Exaudi 1522.^e Mart. Luther.

^a) über der Zeile. ^b) So die Drucke. Im Original scheint zu stehen: ciuem korr.
 aus ciuis. ^c) nuntium <ad>. ^d) me. <feria 5>. ^e) 152

¹) *Walch* 2: „Bis zu dem Hinscheiden des Fürsten.“ Es ist vielmehr die Abreise
 des Kurfürsten zum Nürnberger Reichstag gemeint. Am 1. Juni war er noch in Loehau,
 am 16. und 17. in Kolditz, am 24. in Weida, am 26. in Eisfeld an der Werra, am 28. in
 Heldburg, am 1. Juli in Nürnberg (*Wülcker-Virek* S. 161, 174f., 184, 186, 188). Spalatin
 (im Gefolge des Kurfürsten) war am 23. Juni in Weida (*Archiv f. Bibliographie* 2, 102),
 am 24. in Pößneck (*Vcrpoortennius, Analecta* p. 58). ²) Oben schreibt Luther aber doch
 schon 'hic ciuis H. N.!' ³) Nach *Kück, Die Schriften Hartmuths von Cronberg* S. XXXI
 wäre unter diesem Schreiben Cronbergs ein verlorengegangenes zu verstehen, dagegen sei in
 dem Briefe vom c. 8. Juni (u. S. 558, 52f.) das Schreiben Cronbergs vom 14. April gemeint.
 Man wird aber doch die beiden Briefstellen so verbinden müssen, daß Spalatin auf unsern
 Brief hin Luther um Mitteilung des Schreibens Cronbergs bat, worauf Luther c. 8. Juni
 ihm antwortete: „Das Schreiben Cronbergs habe ich noch nicht herausgesucht. Du wirst es
 aber gedruckt aus Straßburg erhalten, denn so schrieb er selbst mir gleichzeitig.“ Da Cron-
 bergs Schreiben an Luther vom 14. April tatsächlich zuerst in Straßburg im Druck er-
 schienen ist (s. o. S. 497), so ist in dem Briefe vom c. 8. Juni sicher dieses Schreiben
 Cronbergs gemeint, dann aber doch wohl auch in unserm Briefe. Cronberg hatte also sein
 Schreiben vom 14. April Luthern zugesandt mit einer Nachschrift, die auf einem besonderen
 verlorengegangenen Zettel gestanden haben wird, des Inhalts, daß er eine Abschrift des
 Schreibens zurückbehalten habe und es danach in Straßburg drucken lassen werde. Auf-
 fällig bleibt nur, daß das Schreiben vom 14. April, das Cronberg durch einen eigenen Boten
 geschickt hat, so lange Zeit gebraucht hat, um nach Wittenberg zu gelangen. ⁴) Acht
 Tage nach seinem Widerruf (s. o. S. 493^b) wurde Propst nach dem Augustinerkloster in
 Ypern verwiesen. Da er hier wieder im erangelischen Sinne predigte, wurde er durch
 Franz van der Hulst aufs neue verhaftet, nach Brüssel abgeführt, von van der Hulst, *Lato-*
mus und *Egmondan* verhört, am 27. Mai eingekerkert; „jetzt sollte offenbar mit ihm ein
 Ende gemacht werden, indessen, während seine Richter in Holland tätig waren, entfloher er
 mit Hilfe guter Freunde nach Deutschland“ (*Kalkoff, Die Anfänge der Gegenreformation*
 in den Niederlanden 2, 68f.).

Nr. 506.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg,] 7. Juni 1522.

Fürbitte für einen armen Fischer.

Original in Zerbst. Gedruckt: Eisl. 1, 105; Altenb. 2, 161; Leipzig 22, 546; Walch¹ 21, 17; Walch² 21, 421; de Wette 2, 206; Erl. 53, 137 Nr. 51; vgl. Enderš 3, 394.

Dem würdigen herrn Magistro Georgio Spalatino, Churfürstlichem prediger vund Capellan, meynem besondern gnußigen herrn vund freunt.

Ihesus.

Gnad vund frid ynn Christo, Amen. Meyn lieber Magister Spalatine!
 Es hatt sich eyn armer fischer man vergriffen vund eyn mal nur meynem
 quedigē herrn zu nahe gefiſchet, hab ich auß fürbitt gegen dem schoffer für
 yhn gepeten, So hore ich nu, er hab yhn von sich an meyn quedigē herrn
 geweyhet. Wilt ich nu, yhr wollet ynn meynem namen meyn quedigē herrn
 für yhn bitten, das die straff gewandelt werde. Denn ich hore X silbern schoet
 von yhm fodderm. Nicht will ich yhn vngestraft haben, auff das eyn
 exempel der furcht vund regiment bleybe, Sonderm das es eyn straff
 sey, die yhm seyn natung nicht verdrucke. Ich wollt yhn ynn kercker etlich
 tag werffen adder wasser vund brott lassen fressen acht tage, damit man
 sehe, das nur besserung vund nicht verderbung gesucht wurde, vund das
 dunckt mich auch ein recht straffe seyn für die armen. Die reichen soll man
 ym beuttel reuffen.¹ Hoff, yhr werdet diß aufrichten. Sie mit Gotte be-
 folhen am Pfingstabend 1522. M. Luther.

¹) = rufen (D. Wb. 8, 258).

Nr. 507.

Luther an Spalatin.

[Wittenberg, c. 8. Juni 1522.]

Spalatin soll in des Priors Eberhard Brisger und seinem Namen dem Kurfürsten für die Bezahlung des Malzes danken. Die Edelsteine seien Cronach zurückgegeben worden. Erklärung von Stellen im Johannesevangelium. Den Brief Hartmuths von Cronberg werde Spalatin gedruckt aus Straßburg erhalten.

Datierung: Auszugehen ist von der Stelle am Schluß: 'Literas Cronobergii inter chartas nondum quaesivi. Habebis autem eas excusas ex Argentina, sic enim ipse simul scribebat.' Das von Luther vertraute Schreiben Cronbergs (s. v. S. 554²) ist aller Wahrscheinlichkeit nach dasselbe, das Luther am 5. Juni in Händen hat (s. v. S. 555, 9). Spalatin hat Luthern gebeten, es ihm mitzutheilen, Luther hat es aber aus den Papieren, die sich bei ihm aufgehäuft haben, noch nicht herausgesucht. Daraus folgt, daß unser Brief bald nach dem vom 5. Juni anzusetzen ist. Da der 7. Juni bereits durch einen Brief Luthers an Spalatin belegt ist, ist unser Brief vielleicht am 8. geschrieben.

Original in Zerbst. Gedruckt bei Hurisfaber 2, 135^b; de Wette 2, 279; Enders 3, 390.

D. Georgio Spalatio Evangelistę & seruo Christi suo in domino.

[Darunter von ¹¹Spalatin's Hand: D. M. L. Enarratio aliquot locorum ex Iohannis c. 16. 1522.]

Ihesus.

- 5 Gratia & pax in Christo. De solutione Brasii¹ rogat prior noster² & ego, vt gratias pro nobis agas principi illustriss[imo], sic tamen, vt locus ei saluus sit diuinę retributionis³, quamquam & hęc gratis donetur & nos gratis omnia debeamus. Gemmas redditas seito Lucę pictori, vnde accepi.⁴ Ad questionculas: 1. 'Multa habeo vobis dicere' etc.⁵
- 10 Quod pauca deinde locutus est cum discipulis, hec ipsa causa est, quod non possent portare. locutus est ea autem postea per spiritum sanctum in cordibus eorum, quę ipse p[re]sens non dixit, nec illi tum portare poterunt. 2. Et impletum est illud: 'Spiritus annunciabit vobis, quae venturae sunt'⁶, vbi Apostoli de nouissimis temporibus predixerunt
- 15 & de Iudicio & eterna vita, vt habes in Epistolis Pauli & Petri. Nec est dubium, quin plura dixerint, quam scriptum sit, vt indicat 2. Thess. 2⁷ d[ic]ens]: 'Non retinetis, cum essem vobiscum, quod hec dicebam vobis.' Quod autem Petrus & Paulus dixerunt, absque dubio & alii dixerunt omnes.
- 20 3. Licet Christus eadem dixerit tunc, quae postea Apostoli, tamen ante spiritum prorsus non intellexerant, Sed sicut dicit⁸: 'Ille suggeret vobis omnia, quae dixi', Et iterum⁹: 'Ille me clarificabit' etc. Erant enim rudes, vt regnum eius putarent fore temporale, act. 1¹⁰ & luce vlt.¹¹ alioqui non fuissent sic in passione eius scandalisati & confusi (Nesciebant enim adhuc scripturas, ait Iohannes 20).¹² Ipse autem ideo
- 25 hęc eadem praedixit, vt postea recordantes firmiter & certius crederent, cum viderent idem a spiritu doceri, quod ille docuisset, sicut dicit¹³: 'Hec locutus sum, vt, cum facta fuerint, credatis.' Sic ergo spiritus ea, quae Christus breuiter & obscure, postea clare & copiose docuit, quo
- 30 modo & Mosen & prophetas prius obscuros, deinde apertos habet spiritualis homo. 4. 'Expedit vobis, vt vadam' etc.¹⁴ Quia carnalis illa &

rudis opinio de regno Christi non potuit tolli, nec potuit fides Christi fieri omnipotens, nisi ad dextram patris iret, vt impleret omnia & sciretur, quod in omnibus seruare posset. illi enim tum solum gladio & in carne seruari regnum Israel voluerunt, exemplo antiquorum regum, Quod nihil profuisset ad salutem. At nunc in eternum spiritu & carne regnat & 35 seruat. 5. Sic & illud: "Nemo interrogabat eum de isto transitu, quo iret"¹⁵, quia non capiebant. Interrogabant autem ruditer, quo vaderet, quia putabant eum per loca aliquo ire in mundo corporaliter, in quo praesumebant sese sequi velle.¹⁶ 6. Quod insufflavit spiritum¹⁷, etiam pertinet ad promissionem spiritus dandi, quod nondum intellexerunt, nisi 40 veniente spiritu, sicut supra 3^a quest[ione] de verbis diximus, vt certi & firmi essent, hunc esse spiritum, quem Christus tunc etiam signo visibili promisit & obtulit. 7. per hoc ad vltimum post resurrectionem plenam spiritus & omnium notitiam acceperunt, cuius ante resurrectionem obscuram notitiam in verbo & signo promissionemque acceperant. Et 45 erat necessarium, vt ab initio Ecclesie daretur spiritus manifesto signo & magno miraculo, eum tot in lege abroganda, tot inuonanda per orbem essent, ne humana, sed diuina autoritate res geri erederetur. Nunc cum perseueret illa inuonatio & Euangelion idem sit quod tunc nullaque sit inuonatio futura ante Iudicium, statur in illa prima spiritus mani- 50 festatione corporali¹⁸, nec est necessario perpetua in omnia tempora. Hec habui inter occupationes plurimas. Tu Iudicabis ea. Literas Cronobergii¹⁹ inter chartas nondum quesui. Habebis autem eas excusas ex Argentina. sic enim mihi ipse simul scribebat. Vale & ora pro me.

Marti. Luther.

55

¹⁾ „Betreffs der Bezahlung des Malzes“ (s. o. S. 524, 9f.). ²⁾ Eberhard Brisger. ³⁾ „doch so, daß ihm die göttliche Vergeltung (vgl. Matth. 6, 1) erhalten bleibt.“ ⁴⁾ Vgl. o. S. 532, 8. ⁵⁾ Joh. 16, 12. ⁶⁾ Joh. 16, 13. ⁷⁾ V. 5. ⁸⁾ Joh. 14, 26. ⁹⁾ Joh. 14, 16. ¹⁰⁾ V. 6. ¹¹⁾ 24, 21. ¹²⁾ V. 9. ¹³⁾ Joh. 16, 4. ¹⁴⁾ Joh. 16, 7. ¹⁵⁾ Joh. 16, 5. ¹⁶⁾ Joh. 14, 5. ¹⁷⁾ Joh. 20, 22. ¹⁸⁾ „so steht man still bei jener ersten körperlichen Offenbarung des Geistes“. ¹⁹⁾ S. o. S. 555³.

Nr. 508.

Luther an Joh. Lang.

Wittenberg, 11. Juni 1522.

Briefüberbringer: Schotus. Die Erfurter sollen mit inständigen und gläubigen Gebeten dem Euangelium zu Hilfe kommen. Verfolgungen in den Niederlanden. Zweite Gefangennahme Jakob Propfs. Nachschrift: Melchior Wirsich Büttel des Kaisers.

Gedruckt: 1. Murifaber 2, 70^b. 2. de Wette 2, 207. 3. Enders 3, 396.

Ihesus.

Gratia et pax in Christo. Quamquam non haberem quod scriberem, exegit tamen hic Schotus¹ literas et extorsit, ne vacuus veniret ad vos. Hoc autem rogo, quod et antea² rogavi, ut instantibus et fidelibus orationibus invetis euangelion. Satanas enim ubique irascitur fortiter nimis, praesertim in inferioribus partibus terrae, ubi sophistis datum est regnum super nos. Iacobus Spreng³ denuo captus et ductus est⁴, quod contra palinodiam suam locutus est et scripserit; Dominus confortet eum! Multi valde inscripti sunt ex Haga Comitum⁵, ut plectantur et damnentur. Ferdinandum aiunt duos ducatus suos impensurum⁶ esse, dixisse, ut hanc haeresim opprimat. Vale et saluta nostros omnes. Wittenbergae, feria 4. Pentecostes 1522.

Melchior Mirisch⁷ est executor Caesaris contra nostros de ordine Augustini, sanctus ille theologus.

Martinus Lutherus.

¹) Vgl. o. S. 271⁴. ²) Am 12. April, o. S. 495, 18f. 25 ff. ³) Mißverständnis aus Yperensis (RE. ³ 16, 110). ⁴) S. o. S. 555, 11 f. ⁵) Walch ²: „Sehr viele aus dem Haag sind aufgeschrieben.“ ⁶) Walch ²: „daransetzen“. ⁷) Vgl. Bd. 1, 304³.

Nr. 509.

Luther an Paul Speratus in Tglan.¹

[Wittenberg,] 13. Juni 1522.

Befätigt den Empfang eines Briefes des Speratus und eines Briefes der Argula von Grumbach, der er geschrieben habe. Ein Meerungeheuer bei Harlem gelandet. Antwort auf Fragen der Böhmischn Brüder, die Speratus durch Gesandte derselben an Luther gesandt hat. 2. Auflage des Iudicium de votis monasticis.

Nach Jos. Th. Müller, Gesch. der Böhmischn Brüder 1 (1922), S. 405 wurde unser Brief im Herbst von Speratus in Mähren in Druck gegeben.

Handschriftlich: 1. Dresden C 351, 76^b (alt 380^b). Gedruckt: 2. Aurifaber 2, 71. 3. de Wette 2, 208. 4. Enders 3, 397. Wir folgen im allgemeinen 1.

Optima spe et fide viro D. Paulo Sperato, servo Christi in Moravis evangelizanti verbum, in Domino fratri.^a

Gratia et pax in Christo. Acepi literas tuas cum quaestioneulis, simul et literas Herae Iuliae^{b2} a Stauffen, in quibus legi, quae placuerunt, esse scilicet euangelion fructiferum in terra, quod Caesariani satellites, sophistae, incredibili furia persequuntur in partibus inferioribus. Dedit autem illis Deus fatale signum, si forte respiscant et poeniteant. Appulit

enim apud Harlem^c bellua marina, quam^d cetum vocant, septuaginta pedum longitudine et triginta quinque latitudine.³ Hoc monstrum habent⁴ ex antiquis exemplis pro certo irae signo; Dominus misereatur eorum et nostri. 10

Ad quaestiones autem Vuakdensium⁵, quas ad me per eorum legatos dedisti, ita respondeo: In primis, quod velim eiusmodi quaestiones e medio tolli et opprimi, quantum fieri posset. Sunt enim inutiles et periculosae in vulgo, quod sua ruditate et levitate facile ab his, quae necessaria sunt, nempe a fide et charitate, ruit in ista nova et^e rara et peregrina. Estque ista Sathanae astutia, ut iis iniis viam sibi paret ad corruptendam simplicitatem Christi, et introducat quaestiones, ut Paulus⁶ ait, interminatas. Sic fecit, dum philosophiam in totum orbem et ceremonias invexit, nullis resistentibus episcopis et pro fidei libertate et sinceritate stantibus. Sic modo apud nos de cultu Sanctorum et de sensu Sanctorum in coelo cavillatur, cui nos meditamur occurrere, quantum Dominus dederit. Sic procul dubio Vualdensibus^f fratribus quoque accidit. Tu igitur sic facito, urge, insta, exige ea quae necessaria sunt, scilicet fidem et charitatem, quas^g si non antea amplectantur, detestare eorum levitatem circa alia externa et non necessaria sese occupantem. Neque enim ipsum sacramentum adeo^h necessarium est, ut ob ipsum fides et charitas sint omittendae. Stultum est in vilibus illis digladiari, neglectis pretiosis illis et salutaribus. 15 20 25

Tamen ne importunis et stultis non posse responderi putent, sic dicerem: Liberum est, Christum adorare et invocareⁱ sub sacramento, neque enim peccat, qui non adorat, neque peccat, qui adorat. Hic esto finis huius contentionis, nec permittas alteram partem cogi et exigi, neve quis adducat vel praeputium vel circumcisionem⁷, neve se invicem hic iudicent. Tu ergo contemne, et per contemptum damna talem in hac re contentionem. Ubi fides et charitas fuerit, hic peccari non potest, neque adorando neque non adorando; ubi autem fides et charitas non fuerit, nunquam non^k peccabit ullus, sive adorando sive non adorando, imo nunquam non in totum vivendo peccabit. Fides enim sic adorat, quod illum solum sibi proponit, cuius ibi corpus et sanguinem esse non dubitat. Id^l si illi contentiosi nolint Concomitantiam dicere, dicant aliter, et desinant contendere, cum in re ipsa conveniant. Nemo enim negat, nec fratres ipsi puto, corpus et sanguinem Christi ibi esse, qui adorandus est. Hoc sufficit concomitantiam dici. Qui vero scrutari volent, quomodo deitas ibi comprehendatur concomitanter, hos argue ut stulte curiosos et carnalibus phantasmatis in mysteria Dei ruentes, quo eos serves in simplicitate fidei et in pura sacramenti cognitione. Nam ubi talia phantasmata stulta et non necessaria admissa fuerint, curiosos reddent, et posthabita fide, omnem illam sentinam de loco infinito, vacuo, quantitate, 30 35 40 45

50 substantia, et quicquid ratio naturalis et philosophia haecenus insaniit, advehent. Quare hic pro simplicitate vigilandum est. Rursus fides et charitas non adorant, quia scit non esse mandatum adorare, nec peccari^m non adorando. Sic in libertate per medium illorum transit⁸, et omnes concordat, sinens unumquemque suo sensu abundare⁹: tantumⁿ, ne
55 disceptent et invicem sese indicent, prohibet, sectas enim et schismata odit, omnia autem^o libera habet.

Sic et^p ista contentio absolvenda est, an sub pane solum corpus virtute verborum sit etc. Quid enim, ut tu ipse iudicas, opus est rude vulgus his argutiis implicare, quod interim potest hac sana et tuta fide
60 dirigi, scilicet quod credat, sub pane esse corpus illius, qui est verus deus et verus homo? Quomodo autem concomitanter ibi sanguis, humanitas, deitas^q, pili, ossa, cutis sint, cum non sint necessaria sciri, quid opus est fatigari? Fides^r his rebus^s neque docetur neque augetur, sed scrupuli seruntur et dissensiones. Fides non vult plus nosse, quam sub pane esse
65 corpus Christi, sub vino sanguinem Christi viventis et regnantis. In hac simplicitate perseverat, contemptis quaestionibus curiosis.

Sic et illud solverem de adorando et invocando Deum in Sanctis habitantem, liberum esse et neutrum necessarium. Quamquam in hominibus plurimis non ita certum est habitare, quam certum est sub^t sacramento esse. Legimus autem I Cor. 14.¹⁰, quod apostolus dicit, infidelem
70 in faciem easurum et adoraturum Deum in sanctis, si eos prophetantes audierit. Et Abraham tres angelos vidit, et unum Dominum adoravit.¹¹ Et quid facimus, dum alius alium honore praevenimus¹² (quo exemplo tu^u hic^v uteris), quam quod Deum in nobis honoramus et adoramus? Esto
75 ergo liberum invocare Deum, vel in homine, vel extra hominem, inter creaturam, vel extra creaturam. 'quia^w coelum et terram impleo ego', dicit Dominus.¹³ Tntissime hic ambulat fides, quae solum Deum in omnibus suspicit, infidelibus autem non potest satis dici, duci, probari, quia isti se ipsos adorant semper. Quare ut dixi, doce tantum, ut fide sani sint, et quaestionibus eiusmodi nihil erit opus, et metio per sese eos erudiet in
80 omnibus¹⁴, sine qua nihil facimus, nisi quod ad interminatas quaestiones ruimus.^x

Salutabis nomine meo Martinum Novilianum¹⁵ multa in Christo salute. Hae Juliae scripsi, sed brevibus. Libelli de votis iam dudum
85 distraeti sunt, denuo exendi iussimus¹⁶: autores latoribus fuimus, ut, qui^y apud nos sunt, cuarent afferri tibi. Tu in Christo vale, et pro me ora. Feria sexta Pentecostes 1522.^z

Clausurus has literas denuo perlustrans^{a'} tuas, an omnibus satisfacissem, offendi chartulam, in qua de vi verborum quaeris in sacramento,
90 quam vim tu tamen recte iudicas ex promissione esse, si qua, ut tecum loquar, in verbis sit. Tu autem^{b'} etiam nosti, quod sola fides consecrat,

et sacerdotes pluries⁶⁷ sine fide esse, dum consecrant, ubi necesse est, non modo iocose et dolose, sed et impie verba proferri. Ideo ut tuti simus, oportet nos omnibus modis discere, quod etiam consecrant. Et nihilominus oportet sacerdotem eiusmodi infidelem, licet, tamen ut mi-⁹⁵ nistrum, consecrare in fide ecclesiae, dum iussu et autoritate ecclesiae consecrat. Non enim ipse profert verba, sed ecclesia, minister autem est verborum ab ecclesia prolatorum, ut tu^{d7} ex his facile plura colligere poteris. Iterum vale.

Martinus Luther.

^{a)} Adresse fehlt 3; Ad D. Paulum Speratum, servum Christi ac euangelisantem in Moravia 2. ^{b)} Argulae 2. 3. ^{c)} Horlen 2. 3. ^{d)} quem 1. ^{e)} et fehlt 2. 3. ^{f)} Vualdensium 1. ^{g)} quae 2—4. ^{h)} ideo 2. 3. ⁱ⁾ Tamen ne importunum responsum dem stultis, ne putent me non posse respondere, sic dico: liberum esse, Christum adorari et invocari 2. 3. ^{k)} non fehlt 2. 3. ^{l)} Hic 2. 3. ^{m)} peccare 1. 4. ⁿ⁾ tamen 2. 3. ^{o)} aut 2. ^{p)} et fehlt 2. 3. ^{q)} humanitas Dei 1. ^{r)} + ex 2. 3. ^{s)} + et verbis 2. 3. ^{t)} in 3. ^{u)} + quoque ad me scribens 2. 3. ^{v)} fehlt 2—4. ^{w)} + et 2. 3. ^{x)} imus 1. ^{y)} quae 2—4. ^{z)} 2. 3 haben hier die Unterschrift: Tuus Martinus Lutherus. ^{a7} perlustro 2. 3. ^{b7} vero 2. 3. ^{c7} plures 2. 3. ^{d7} probatorum. Tu tamen 2. 3.

¹⁾ S. o. S. 529. ²⁾ Verschieden für Argulae. Über die Beziehungen der Argula von Grumbach zu Speratus vgl. Beiträge z. bayer. Kirchengesch. 11, 62. Ihr verlorener Brief an Luther muß gezeigt haben, daß sie „weit über ihre nächste Umgebung hinaus den Gang der Dinge beobachtete“ (ebd. S. 63). ³⁾ Im Dezember 1520 fuhr Dürer von Antwerpen nach Zieriksee, um den dort angeschwemmten ungeheuer großen Walfisch zu sehen (M. Zucker, Albrecht Dürer 1900, S. 120). ⁴⁾ Walch²: „hält man“. Über Luthers Stellung zum Monstrenabergglauben vgl. E. Klingner, Luther und der deutsche Volksaberglaube 1912, S. 97 ff. ⁵⁾ Es handelt sich um eine zweite Gesandtschaft der böhmischen Brüder an Luther, die wahrscheinlich wieder aus Joh. Horn und Mich. Weiße bestand (s. o. S. 531¹). Durch sie sandte Speratus an Luther vier Fragen über das Abendmahl, die ihm im Mai oder Anfang Juni Benedict Optut aus Tefl, seit 1520 Priester in Meseritz, der durch Speratus für die neue Lehre gewonnen worden war, vorgelegt hatte: 1. Ob unter dem Sakrament des Leibes des Herrn der Sohn Gottes geglaubt werden soll, da die Worte der Verheißung allein den Leib erwähnen. Die Concomitantia verspotten die Pikarden als eine Sache der Schulgelehrsamkeit und wollen nicht mehr glauben, als die Worte Christi in sich enthalten. 2. Ob der ganze Christus unter der Gestalt des Brotes geglaubt werden soll, weil das Evangelium nur den Leib erwähnt. 3. Ob man Christus im Sakrament mit leiblicher Kniebeugung anbeten soll. 4. Ob man Christus im Sakrament anrufen soll. Speratus fügte von sich aus noch zwei Fragen über die Anbetung Christi und die Konsekration des Altarsakraments hinzu (Jos. Th. Müller, Gesch. der Böhmisches Brüder 1, 403 ff.). ⁶⁾ 1. Tim. 1, 4. ⁷⁾ 1. Kor. 7, 18. ⁸⁾ Joh. 8, 59. ⁹⁾ Röm. 14, 5. ¹⁰⁾ V. 25. ¹¹⁾ 1. Mos. 18, 2. ¹²⁾ Röm. 12, 10. ¹³⁾ Jer. 23, 24. ¹⁴⁾ 1. Joh. 2, 27. ¹⁵⁾ Enders 3, 402⁶: Gebürtig aus Winterberg in Böhmen; Lehrer an der Schule zu Iglau, dann Ratsmitglied, starb als Bürgermeister daselbst 1559. ¹⁶⁾ Diese 2. vermehrte und verbesserte Auflage erschien noch 1522 bei Granenberg (Unsre Ausg. Bd. 8, 570 C). Nach ihr lieferte Justus Jonas seine deutsche Übersetzung, die auch noch 1522 bei Nickel Schirlentz erschien (570 a).

Nr. 510.

Luther an Claus Storm, Bürgermeister von Magdeburg.

Wittenberg, 15. Juni 1522.

Storm hat ihn an seine Schulzeit in Magdeburg erinnert. Luther rechtfertigt sich, daß er die hohen Häupter und Prälaten so hart antaste und schelte.

Gedruckt: Jen. 2, 141^b; Witt. 9, 153; Mt. 2, 158; Leipz. 18, 314; Walch¹ 21, 18; Walch² 21, 427; de Wette 2, 211; Ert. Ausg. 53, 137 Nr. 52. Vgl. Enders 3, 402. Ein Fragment unsres Briefes steht Gotha A 402, 212^a. Wir folgen Jena und fügen hinzu den Anfang und den überschießenden Schluß des Fragments.

Dem ehrsamem und weisen Claus Storm¹, Bürgermeister zu Magdeburg, meinem besondern günstigen Herrn und Freunde.

Gnade und Friede in Christo! Ehrsammer, lieber Herr und Freund! Euer Schrijt hab ich empfangen, und ist wohl wahr, daß ich bei Doctor
5 Paulus Moßhauer² Euch erkennet habe, nicht in Eurem Hause, sondern da er Official war und Ihr etlich Mal sein Gast waret, da ich mit Hans Keimede³ zu der Zeit zu den Nullbrüdern⁴ in die Schule ging.⁵

Daß Ihr aber nicht vorstehet, warum ich die hohen Häupter und Prälaten so hart antaste und schelte, sie Narren und Esel heiße, so doch Christus
10 allenthalben lehret, man soll geduldig sein, antworte ich: Mein Geduld und Demut hab ich allzuviel erzeiget. Ich hab geflehet und gebeten, ich bin ihnen nu dreimal⁶ nachgezogen und hab mich allzeit untertäniglich erboten, wie alle Welt weiß.

Daß nu etliche Weltweisen solch mein manchfältig Erbieten und Demut
15 nicht wollen ansehen, daß sie sich drauß besserten, sondern fassen allein das, da ich hart und ernst bin, und sich dran ärgern, denen geschicht eben recht, und gedenk denselbigen nichts weiters zu Unterricht schreiben, sondern sie sind gleich den verstockten Pharisäern, die alle Güte und Sänfte unsers Herrn Christi ließen fahren und sich nichts dran besserten, sondern, wo er sie^a
20 Otterngezüchte, blinde Narren, Teufelskinder, Ehebrecher und dergleichen schalt, das fasseten sie und ärgerten sich dran. Wenn Ihr leset das 23. Kap. Matthäi, werdet Ihr wohl sehen, wie sie Christus Blinde und Narren schilt.

Man ist's bisher gewohnt, die Prälaten zu loben und schmeicheln, die-
weil das Euangelium unter der Bank lag. Nu es aber herfürkompt und
